

University of Groningen

**Dissertatio medica inauguralis de osteomalacia universali feminarum atque de pelvis figurae mutationibus quae ex ea oriantur**

Swaagman, Albertus Hinderikus

**IMPORTANT NOTE: You are advised to consult the publisher's version (publisher's PDF) if you wish to cite from it. Please check the document version below.**

*Document Version*

Publisher's PDF, also known as Version of record

*Publication date:*

1843

[Link to publication in University of Groningen/UMCG research database](#)

*Citation for published version (APA):*

Swaagman, A. H. (1843). *Dissertatio medica inauguralis de osteomalacia universali feminarum atque de pelvis figurae mutationibus quae ex ea oriantur* [S.l.]: [S.n.]

**Copyright**

Other than for strictly personal use, it is not permitted to download or to forward/distribute the text or part of it without the consent of the author(s) and/or copyright holder(s), unless the work is under an open content license (like Creative Commons).

**Take-down policy**

If you believe that this document breaches copyright please contact us providing details, and we will remove access to the work immediately and investigate your claim.

*Downloaded from the University of Groningen/UMCG research database (Pure): <http://www.rug.nl/research/portal>. For technical reasons the number of authors shown on this cover page is limited to 10 maximum.*

2

**DISSERTATIO  
MEDICA INAUGURALIS**

DE

**OSTEOMALACIA UNIVERSALI FEMINARUM**

ATQUE

**DE PELVIS FIGURAE MUTATIONIBUS,  
QUAE EX EA ORIANTUR,**

QUAM,

**FAVENTE SUMMO NUMINE,**

EX AUCTORITATE

**RECTORIS MAGNIFICI**

**LUDOVICI GERLACHI PAREAU,**

*Phil. Theor. Mag., Litt. Human. et Theol. Doct.*

*atque Theol. Prof. Ordin.*

NEC NON

**AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,**

ET

**NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,**

**Pro Gradu Doctoris,**

**SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS**

**AC PRIVILEGIIS,**

**IN ACADEMIA GRONINGANA,**

**RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,**

**PUBLICO FACULTATIS EXAMINI OFFERT**

**ALBERTUS HENRICUS SWAAGMAN.**

GRONINGANUS.

**A. D. VIII Martii A. MDCCCXLIII. Horâ XII.**

---

**GRONINGAE,**

**Typis P. S. BARGHOORN.**

DISSERTATIO

MEDICAE IN AEGYPTU

DE AEGYPTI ANTIQVAE MEDICINAE

RELIQUIIS

DE AEGYPTI ANTIQVAE MEDICINAE

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

RELIQUIIS

GLASGOW

THE UNIVERSITY PRESS

# PARENTIBUS

**OPTIMIS CARISSIMIS**

**SACRUM.**

P A R E N T I S

»Es gehört zu den grössten Bereicherungen, welche die Arzneikunde unserer Tage der immer herrlicher aufblühenden pathologischen Anatomie verdankt, dass sie uns zur Entdeckung der Erweichung als einer neuer Krankheitsgattung gefuhrt hat, welche in grosser Allgemeinheit sich über alle Gewebe und Organe des Organismus erstreckt, und hierin wohl kaum einer andern nachstehen möchte.»

Dr. c. c. HESSE.

## PRAEFATIO.

---

*Ad summos in Medicina honores consequendos dissertationem componere Lex jubet.*

*Iam diu cogitaveram quidnam eligerem, diuque incudem inter et malleum haesi; multa enim quidem supererant in disciplina medica, quae vel sedula perscrutatione vel accuratiori elaboratione indigebant, verum non omnia pertractanda viribus juvenilibus idonea sunt, nec omnia aequè placent. Dubitanti itaque quamnam eligerem dissertationis materiam, tandem inito consilio cum *Clar. J. Baart de la Faille*, mihi maxime arrisit disserere de *Osteomalacia universalifeminarum*, nec non quaedam adungere de mutationibus figurae quas subeat pelvis ex illo morbo mihi proposui. — Omittam consuetudinem plures errorum excusationes afferendi, haud dubitans, quin *L. B.* in hocce opusculo a juvene elaborato, doctam atque eruditam invenire non credat commentationem.*

*Priusquam vero tractationem hujus speciminis aggre-  
diant, pium mihi incumbit officium, hac data occasi-  
one, gratissimo animo beneficia memorare in me collata  
à Praeceptoribus aestumatissimis S. E. Stratingh,  
J. Baart de la Faille, et A. A. Sebastian.  
Accipite Viri Clarissimi! gratias meas quam maximas,  
quae Vobis debere profiteor, non solum pro utilissima  
egregiaque vestra institutione, sed etiam pro humanitate  
vestra, quibus omnibus Vobis me obstrictum sentio. Ves-  
trorum meritorum — grates dignas persolvere meae  
opis non esse sentio — numquam immemor erit animus  
grati discipuli.*

*Tibi inprimis Vir Clar. de la Faille! Promo-  
tor aestumatissime! pro tot et tantis, quibus me con-  
decorasti benevolentiae testimoniis, gratissimum obtestor  
animum; — quominus Tibi itaque tantas referam gra-  
tias, quantas Tibi debere sentio, vitae impedit brevitatis.  
D. O. M. Te diutissime in hujus Academiae orna-  
mentum, artium et doctrinarum decus, atque universam  
hominum salutem, incolumem servet.*

*Nec minus hac occasione ad Vos impellor, Viri  
Clar. van Swinderen, van Hall et Ermerins!  
qui me ad studia medica rite intelligenda praepara-  
vistis et erudistis: accipite Viri Clar.! gratias quam  
maximas pro omnibus beneficiis in me collocatis, e  
pectore grati discipuli. Inprimis Tibi, vir Clar. Er-  
merins! nec non Tibi Doct. Gleuns! qui ad phy-  
sicas et astronomicas disciplinas animum excitavistis;  
semper illud gratum mihi erit recordari, quantum  
fructus, quantumque utilitatis e vestra egregia institu-  
tione hauserim.*

*Ingrati animi essem, nisi etiam Tibi Vir<sup>o</sup> Clar. de Waal! gratias quam maximas agerem, pro institutione, benevolentia et amicitia, quibus me semper Tibi devinctum sentio; non possum, quin Te quoque carissimos inter Praeceptores nominem Teque semper grata memoria colam.*

*Neutiquam autem possum, quin et Vobis gratias referam, Viri Doct. Tresling et Nanninga! quippe qui tanta cum humanitate atque amicitia, mihi quoque occasionem praebeuistis aegrotos visitandi paturientibusque adstandi, quibus jam saepissime Praeceptorum lectiones comprobatas vidi.*

*Simul occasionem aegregiam non omittam, publice declarandi gratias, quas Tibi debeo, Vir Doct. Kan! que me ad lectiones Academicas praeparasti, quique adolescentis ingenium excitasti, cujusque erga me beneficiorum nunquam immemor ero.*

*Etiam Tibi Vir Doct. Cohen! qui mihi fere inde ab initio usque ad finem academici decursus, semper fuisti amicus docens, multa maltaque debeo; omnia quae beneficia in me collocata nunquam e memoria excident.*

*Vos denique nunquam obliturus Fratres carissimi! Amici fidelissimi! qui me amore et amicitia vestra ornare voluistis, vivite felices! et ut mei memores sitis, oro rogoque.*



UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT

**DISSERTATIO**  
**MEDICA INAUGURALIS**  
DE  
**OSTEOMALACIA UNIVERSALI FEMINARUM**  
ATQUE  
DE PELVIS FIGURAE MUTATIONIBUS QUAE  
EX EA ORIANTUR.

---

**INTRODUCTIO.**

---

§ 1.

Graeca voce *Osteomalaciae* (ex *οστεον* os, et *μαλακια* mollities) intelligitur ea morbosa conditio ossium, qua proportio inter partes gelatinosas et terrenas — quae constituunt „ipsius osseae naturae basin et soliditatis fundamentum,” uti inquit Cl. de Fremery 1) — est mutata, id-

---

1) Cf. N. C. de Fremery, *Diss. de Mutationibus figurae Pelvis, praesertim de iis quae ex ossium emollitione oriuntur.* Lugd. Bat. 1793. p. 52.

que ita ut substantiarum terrenarum quantitas sit diminuta et duritiem et soliditatem deperdiderint ossa, flexibilitate autem saepe simul aductâ.

Sed eodem sub nomine „*Osteomalaciae*” à variis Medicis varii sunt descripti morbi, qui vero omnes ad 4 referri possunt classes. Morbi illi enim distinguendi sunt 1° in *Osteomalaciam universalem adultorum*, de quâ plurima exstant exempla; 2° in *Osteomalaciam partialem*, quam descripserunt Renard 2), van der Haar 3) cet. Ille morbus etiam occurrit tamquam fungus articularum, ubi capita ossium ambo emolliuntur 4), ut et tamquam caries carnosa 5); 3° in *Osteomalaciam infantum sive rhachiticam*, et denique 4° in *Osteomalaciam congenitam*, quam v. c. Doct. Eckmann descripsit 6).

2) Cf. *Neues Journal der Practischen Arzneykunde und Wundarzneykunst*, herausg. von C. W. Hufeland, Bd. XIII, No. V, p. 88; sub. tit: *Zwei Falle von glücklich geheilte Knochenerweichung bei Erwachsenen, mit Bemerk.*, v. Renard.

3) Cf. J. v. d. Haar, *Eine Entzündung und Erweichung des Schien- und Wadenbeins, und eine darauf erfolgende Vereiterung dieses Knochens — et etiam — Beobacht 3. Eine Entzündung, Geschwulst, Erweichung und Krummwerden des Schenkelknochens etc. in Sammlung auserlesener Abhandl. von C. M. Koch, 3er Theil p. 486-500.*

4) Cf. Bernstein, *Pract. Handb. für Wundärzte* Bd. III, Conradi, *Dissertatio inaug. Medic. Chirurg. de Osteomalacia*, Götting. 1796, sect. IV p. 31.

5) Cf. Bernstein, *L. c.* Tm. I. Richter, *Anfangsgründe d. Wundarzneykunst*, Tm. I. *Caries*.

6) Cf. O. J. Eckmann, *Diss. sist. casus aliquot Osteomalaciae*. Upsal 1788.

## § 2.

Osteomalacia universalis adultorum (ampliore sensu) morbus esse videtur, qui tam viros quam feminas afficit; sed docuit experientia eo morbo corripri saepius muliebrem sexum, rarius virilem, ita ut in *sedecim* exemplis *ter* tantum de viris fiat mentio 7). Jure merito Osteomalaciae illius universalis adultorum species propria dici debet ille morbus, quo solummodo feminae corripantur et quidem vulgo eae, quae non semel edidissent prolem. Morbus ille maxime cohaeret cum systemate uterino, ideoque jure merito vocatur „*Osteom. univ. feminarum*“; ab aliis etiam simplici nomine „*Osteomalaciae*“ describitur, licet hoc nomen non sufficiens est, siquidem non species, sed genus morbi ea voce determinetur. Multi Medici banc ob rem alias proposuerunt denominationes, quarum autem nulla magis placet et sufficiens est ad determinandum nostrum morbum, quam illa „*Osteomalaciae universalis feminarum*“ (Kilian) vel „*Osteomalaciae feminarum*“ (Moser et Busch). Omnes aliae denominationes uti: „*Rhachitis adultorum*“ (Frank), „*Ossium emollitio morbosa*“ (Kerbert), „*Malacosteon*“ (ab Anglis scriptoribus), „*Carnificatio Ossium*“, „*Osteosarcosis*“, (Planck et de Fremery), „*Osteomalacia adultorum s. Cachectica*“, (Acrel, Eckmann) „*Rhachialgia Osteosarcosis*“, (Sanvages), „*Paroxia flexilis*“, (Mason Good), „*Osteomalacia acquisita adultorum*“, (Harless), probant hosce scriptores non recte cognovisse indolem morbi, siquidem saepius neglexerunt (id, quod nomen non raro jam indi-

7) Cf. Conradi, *Diss. cit.* p. 22.

cat) rationem quae exstat inter systema generationis morbumque de quo agamus.

### § 3.

Nomine Osteomalaciae feminarum itaque equidem intelligerem emollitionem ossium illam, quae solummodo invadat feminas, idque eas, quarum systema generationis optime viget; — cujusque symptomata, causae, signa anatomico-pathologica, sedes, indolis ut et prognosis atque curatio valde differunt ab ea ossium emollitione, quae nonnunquam etiam apud viros observatur. Eodem itaque cum jure, quocum contra sententiam Clarissimi Capuron statui debeat, febrem puerperalem nonnisi Puerperis infligere, etiam statuendum mihi videtur illa emollitionis ossium specie (Osteomalaciâ strictiore sensu) nonnisi feminas fertilitatis aetate corripere.

Morbus ille non raro ex initio localis est, sed momentis nocentibus perdurantibus, semper per totum ossium systema propagatur, quam ob rem omni sensu cum Clar. Kilian eum morbum nominare possimus *Osteomalaciam universalem feminarum*. Verbum illud *universalis* igitur non significat: morbum omni casu afficere universum ossium systema; significat, illud systema semper totum affectum iri, si causae nocentes perdurent. De eo morbo universali in priore opusculi sectione agam, et quidem de ejus symptomatibus, decursu, signis anatomico-pathogenicis, causis, indole, prognosi et curatione; in altera sectione exponere conabor effectum illius morbi in figuram et conformationem pelvis. — Lectores Benevoli aequi judicent opus juvenile, et si me errasse videant, illis erroribus indulgeant.

## SECTIO I.

### DE OSTEOMALACIA UNIVERSALI FEMINARUM.

#### CAPUT I.

##### DE SYMPTOMATIBUS.

###### § 4.

**I**nter symptomata quibus primum Osteomalacia se palam faciat, pertinent *dolores* illi vagi, vulgo vehementissimi, qui rheumaticorum vel arthriticorum dolorum ad instar, periodice occurrunt, modo augentur, modo imminuuntur et nonnunquam remittunt; raro etiam continui sunt, uti inter alios in casu quodam Audiberti<sup>8)</sup>.

8) Casus ille legitur apud J. P. Frank, *Diss. de Rhachtide acuta et adultorum transl. in Ejus Delect. Opusculorum Medicor.* Tm. V. p. 315 seq.

Dolores isti vulgo incipiunt in regione sacro-lumbari ut et symphyseos sacro-iliacae; abhinc et superiora versus propagantur ad humeros usque, et descendunt usque ad pedis dorsum, dum per totam pelvim extenduntur.

Quamvis illi dolores cum rheumaticis et arthriticis doloribus valde convenient, ita ut secundum nonnullos non ab iis distingui possent, tamen, ex eorum vehementia, et loco quo oriuntur, et propagatione et extensione, aliisque signis, differentia certa exstare mihi videtur. Clar. Kilian, licet ipse maximam eam convenientiam adesse concedat, hac de re ita monet: „Wer „übrigens die Schmerzen bei der Osteomalacie genau „gesehen hat, wird sie nicht leicht wieder verkennen, „denn sie sind vollkommen charakteristisch, und das „unverwerflichste Zeichen der beginnenden Krankheit 9).“ Secundum nonnullos scriptores, inter quos Doct. Hesse 10), morbus ille etiam oriri posset absque doloribus istis, cujus rei tamen nullum exemplum credo constare; omnes saltem casus mihi cogniti eam oppugnant sententiam; etiam omnes fere qui hoc de morbo scripserunt tam antiquiores quam recentiores, in eo à Doct. Hesse differunt. Sic jam vir Doct. Conradi quum de Osteomalacia adulterum scripsit „huic morbo,“ inquit „proprium „symptoma quod in omnibus exemplis ab omnibus ob-

---

Cf. Kilian, Beiträge zu einer genauern Kenntniss der allgemeinen Knochenerweich. d. Frauen und ihres Einflusses auf das Becken. Bonn 1829, p. 13.

10) Cf. C. G. Hesse, Ueber die Erweichung der Gewebe und Organe des menschl. Körpers 1827, p. 140.

„servatum est, in eo consistit quod aegroti doloribus „arthriticis et rheumaticis similibus iisdemque crudelissimis crucientur 11),“ et omnes recentiores inter quos Cl. Kilian 12), Busch 13), Moser 14), Schmidt 15) aliique hac in re conveniunt.

Nocturno tempore, praesertim in lecto calido, dolores nonnunquam augentur et pressione intolerabiles redduntur, ita ut tandem minimum ne stragulorum quidem contactum pati nequeat aegroti 16) dum etiam levissimo motu vehementissimi redduntur, adeoque ut omnia ejus ossa frangi putet aegroti.

#### § 5.

Vulgo paullo post aliud characteristicum symptoma sese palam facit, nempe incessus difficilis; illud symptoma inopinato oritur, atque in nullo casu deesse solet. Difficultas illa ingrediendi, cujus initio extremitates paralyti correptae videntur, partim à diminuta musculorum vi, partim etiam à doloribus minimo motu provocatis, partim denique et praesertim ab emollitione ossium

11) Cf. Conradi, *Diss. cit.* p. 10 § 8.

12) Cf. *Ejus l. c.* p. 13.

13) Cf. Busch, *Geschlechtsl. d. Weibes.* Th. 2. p. 477.

14) Cf. *Encyclopaedisches Wörterbuch der Medicinischen Wissenschaften* ed. a. D. W. H. Busch, J. F. Dieffenbach, E. Horn, J. C. Jüngken, H. F. Link, J. Müller et E. Osann Bd. XXVI. 1842. p. 155.

15) Cf. C. C. Schmidt, *Encyclopaëdie d. Gesamt. Medic.* IVer Bd. 1842. p. 191.

16) Cf. Conradi, *Diss. cit.* p. 10. § 8.



ipsa pendet, quâ resistantia pelvis ac columnae vertebrarum diminuitur, eorum ossium forma mutatur eorumque conjunctiones relaxantur, (ad quod Clar. Kilian primus attendit, quodque maximi momenti esse videtur); — porro etiam ossa quodammodo locum mutant, quo punctum barycentricum totius corporis dislocetur, et facultas servandi corporis aequilibrium quodammodo perdat. Constat opus esse musculis, ut ossibus insertis motus producant, duobus punctis insertionis, quorum unum fixum esse debet, dum alterum movetur. Quum autem ossibus pelvis emollitis, punctum fixum musculorum, qui à pelvi ad inferiores decurrunt extremitates, magis minusve deperdatur, sponte ergo sequitur, motus illorum musculorum rite perfici non posse. Sub ingressu enim summâ difficultate membra posteriora anteriora versus moventur; difficulter de solo elevantur et quasi posttrahuntur.

§ 6.

Nonnulli scriptores causam hujus difficilis incessus derivarunt tantum à musculorum debilitate, sive à paralytica affectione extremitatum inferiorum; alii solummodo à doloribus motu provocatis, alii denique et ab hoc et ab illo, dum multi conditionem ossium plane neglexerunt. Mihi autem haec conditio pelvis ossium, nempe emollitio et conjunctionum relaxatio, maximi momenti esse videtur, et praesertim symphyseos sacro-iliacae relaxationem cum Cl. Kilian primariam hic habeo causam. Primo loco nimirum aegrotae ipsae causam huic regioni adscribunt. „Sie beschreiben,“ ait Clar. Kilian, „das „Hinderniss als in der hinteren Wand des Beckens lie-

„gend als eine *Haltungslosigkeit* der festen Theile „dasselbst, wodurch ihnen hauptsächlich das Nachziehen „des beim ausschreiten Zurückgebliebenen Fusses zu „einem unsächlich beschwerlichen, und mit Schmerzen in „dem Becken verbundenen Geschaſte gemacht wird 17).“  
 Secundo loco idem etiam eo probari mihi videtur, quod, si os sacrum vel sustentione vel laterali compressione pelvis firmetur, ea difficultas tollitur, aut saltem incessus multo facilior redditur, uti testarunt Kilian 18), Moser 19), Schmidt 20), Busch 21) aliique.

Denique si ad incessus mutationem ipsam rite attendamus, magis adhuc sententia prolata probatur, ad quod recte etiam attendit Doct. Moser, dicens: „Wenn „der Gang allein in Folge einer Muskelschwäche oder „Lähmung der untern Extremitäten erschwert wird, dann „zeigt der übrige Körper eine um so steifere, festere „Haltung, und die Kranken suchen grade die Knochen „der einzelnen Gelenke in eine solche Richtung zu ein- „ander zu bringen, dass sie sich gegenseitig stützen, „und die Muskeln hierzu weniger in Anspruch genommen „werden. Bei dem regelmässigen Gange ist, während „der eine Fuss in einem Bogen nach vorn geführt wurde, „der andere in einer ausgestreckten Stellung, und trägt „allein den ganzen Körper. In dieser Krankheit aber „vermag der ruhende Fuss, wegen der losen Becken-

17) Cf. *Ejus op. cit.* p. 14.

18) Cf. *l. c.* p. 14.

19) Cf. *Encyclop. Wörterb. d. Medic. Wissensch.* Berlin. Bd. XXVI. p. 157, 158.

20) Cf. *Encyclop. d. Gesammt. Medicin* IVer Bd. 1842. p. 191.

21) Cf. Busch, *Geschlechtsleb. d. Weib.* Th 2. p. 478.

„verbindungen die Last des Körpers nicht zu tragen, und  
 „sinkt bei dem Versuche den andern Fuss von dem Erd-  
 „boden zu erheben, ein; würde er in eine ausgestreckte  
 „oder gerade Richtung gebracht, so würde er noch kräf-  
 „tiger gegen die Beckenknochen der betreffenden Seite  
 „andrücken und das Uebel steigern. Die Kranke scheut  
 „daher vorzüglich bei dem Gehen die Verschiebung der  
 „Beckenknochen von einander, vermeidet es, den an-  
 „dern Fuss zu erheben um die Last des Körpers nicht  
 „allein auf dem andern ruhen zu lassen, und wendet die  
 „Körperhälfte des ruhenden Fusses nach vorn, um dem  
 „Drucke desselben entgegen zu wirken; sie beugt das  
 „Knie und den Oberkörper durch Contraction der Mus-  
 „keln, um durch dieselben eine grössere Stütze zu er-  
 „langen, und um hierdurch, so wie durch die Einwärts-  
 „beugung und Adduction des ganzen Beines, die Becken-  
 „knochen fester gegen einander zu drücken und sich so  
 „einen festeren Haltepunkt zu verschaffen 22).“ Adden-  
 dum tamen est flexionem illam genu ut et superioris  
 corporis partis saepissime non voluntario sed involunta-  
 rio modo oriri, ita ut extensionem perficere nequeant  
 aegrotae. —

Accedit denique quod difficultas ingrediendi in rati-  
 one emollitionis, ut et conjunctionum relaxationis ossium  
 pelvis increscit, ita ut jam cito motus non nisi fulcimen-  
 torum ope peragi possint, et tandem lectum tenere debe-  
 ant aegrotae.

---

22) Cf. *Encyclop. Wörterb. der Med. Wissensch.* Bd. XXVI.  
 p. 157.

## § 7.

Dein in lucem prodeunt perturbationes functionum variarum, praesertim digestionis; appetitus non raro dejectus, diminuta corporis nutritio, flatus et ructus, sedes irregulares, color faciei antea floridus deperditur et lividus fit, facies peculiarem nonnunquam ostendit expressionem, saepe vehemens cephalaea oritur; quies nocturna cohibetur, cujus rei peculiare quoddam exemplum offert casus à *Morandio filio* primo descriptus<sup>23</sup>); extremitates frigescunt et nonnunquam magis minusve sensum amittunt<sup>24</sup>), cohaesio omnium partium minor fit, rigiditas et vis musculorum diminuuntur, cutis magis sicca et durior redditur et contrahitur, idque ita ut nonnunquam oriantur rptiones; sudoris excretio vulgo supprimitur, vel si erumpit fere semper ejus quantitas diminuta est, ejusque qualitas mutata: nonnunquam enim est acida; urinae excretio vulgo aucta<sup>25</sup>) est, cujus rei causa forsàn in sublata cutis func-

23) Cf. *Histoire de l'Academie Royale des Sciences* 1764. et *Memoires* p. 208. qui casus etiam descriptus est in Opere tit.: *Sammlung auserlesen. Abhandl. ed. à Koch. Bd. II. p. 503.* sub titulo: *Geschichte und Zergliederung einer Frau deren Knochen eine widernatürliche Krümmung angenommen hatten.* — Femina de qua hic agitur per 3 annos non dormiebat(?).

24) Sic inter alios in casu à Doct. Schenck descripto legitur: »Sie musste ganz krumm gebückt liegen und könnte von »Schmerzen keinen Fusz bewegen; dabei waren ihre Beine kalt »und taub,» Cf. von Siebold's *Journal für Geburtshülfe, Frauenzimmer- und Kinderkrankheiten.* Bd. V. p. 465.

25) Audibert videbat in Nosocomio quod Pisae est, feminam (Osteomalacia correptam, quae quovis momento urinam emittere debebat. Cf. J. P. Frank, *Discurs. de Rhachitide acuta*

tione est; urina ipsa est mutata, turbida, et semper deponit sedimentum quoddam, maxima parte ex Carbonate et Phosphate Calcis constans, cujus maximum exemplum affert casus memorabilis feminae *Supiot*, pluribus locis descriptus 26). Secundum Clar. Kilian sedimentum illud praesertim obvenit in ea specie Osteomalaciae, quam *flexilem* sive *ceream* vocat 27); ejus quantitas eo major esse

---

et adultorum in *Delect. Opuscul. Medic.* Lipsiae 1790 Tom. V. p. 315.

26) Conferantur *Histoire de l'Academie Royale des Sciences.* Paris 1753. p. 114. — *Mémoires* p. 541. Tab. XXII & XXIII. — Morand, *Histoire de la Maladie singulière et de l'examen du Cadavre d'une femme, devenue tout à fait contrefaite par un ramollissement general des os.* Paris 1752. — M. Navier, *Observations théoriques et pratiques sur l'amollissement des os en general, et sur cela qui a été observé dans la femme Supiot.* Paris 1755. — Morand, *Lettre à Monsieur Leroy sur l'histoire de la femme Supiot* 1753. — Ambr. Hostij, in *Philosophical Transactions.* Vol XLVIII. P. I. p. 26 etc. De ejus feminae urina Morandius sequentia dicit: »Dès les commencemens de la maladie de la femme *Supiot*, on observa dans ses urines un sédiment blanc, terreux, crétacé, lequel exposé à différentes epreuves a paru tenir de la nature du gypse. Cette femme en a rendu une prodigieuse quantité; et lorsqu'elle en rendoit beaucoup, elle disoit que ses membres travailloient. C'est ainsi qu'elle exprimoit la contraction des muscles par laquelle les parties se ployoient involontairement. Enfin cette matière étant mêlée avec differens acides, tels que le vinaigre distillé et autres y devenoit soluble." Cf. *Memoires* 1753. p. 550.

Cum Clar. Auctorsuo tempore justam compositionem chemicam ejus urinae sedimenti ignoraret, non dubitandum illud *gypseum* sedimentum fuisse Phosphas vel Carbonas Calcis.

27) Cf. Kilian *l. c.* p. 14.

videtur, quo vehementiores praecesserint dolores; et ab altera parte ossa eo flexibilia reddi videntur, quo major adsit copia ejus sedimenti 28). Quantitas calcariae materiae aucta ansam dat nonnunquam calculis urinariis in vesica formandis uti nonnulli inveniunt 29).

Non raro systema nerveum dein afficitur; incitabilitas augetur, nonnunquam animi depressio observatur, aegroti vulgo est tristis, et, praesertim si morbus magis evolutus est, apathiam profert circa omnia quae eam circumdant aut ei offerantur, quibus omnibus denique vita ei fit tam molesta et intolerabilis, ut mortem exoptet.

### § 8.

Morbo magis evoluti, saepissime oriuntur fracturae variae, quae modo frequentius, modo rarius obveniunt et vulgo facile, nonnunquam tamen difficillime curantur, quia calli formatio non apte obtinet. Vir Clariss. Kilian hanc ob rem duas distinguit species, scilicet *Osteomalaciam flexilem sive ceream* et *Ost. fracturosam* 30). Fracturae illae nonnunquam minimo motu oriuntur, uti v. c. reversione aegrotae in lecto; imo etiam non raro ossa, quae in normali conditione rarissime frangi solent (uti v. c. pelvis ossa) ejusmodi causa exili franguntur, uti exemplum probat à Clar. Sandifortio descriptum 31). —

28) Cf. Conradi, *Dissert. cit.* § 9. p. 10.

29) Cf. Eckmann, *Dissert. cit.* p. 16.

30) Cf. Kilian, *l. c.* p. 26.

31) Cf. *Museum Anatomicum Acad. Lugd. Bat. descript. ab Ed. Sandifort. Vol. I. p. 127-129.*

Per se intelligitur, hacce ossium emollitione, si ad certum pervenerit gradum, corporis staturam mutari; abhinc ergo variae illae deformationes vel totius corporis, vel nonnullarum ejus partium. Primo loco et jam initio morbi pelvis forma mutatur, dein etiam columnae vertebrarum, quae ad latera, vel quod saepius obtinet, ad anteriorem partem curvatur, et efficit ut vulgo in eo morbo mentum pectori apponatur.

Nonnunquam etiam, licet rarius, per musculorum contractiones extremitates suam deperdunt naturalem directionem, adeoque curvantur, distorquentur et flectuntur ut variae difformitates inde ortum habeant. Nullum hac de re exstat exemplum clarius, casu illo pernotissimo feminae *Supiot*. „En effet,” inquit *Morandius*, „du vivant „de la femme *Supiot*, elle avoit son pied à côté de „l'oreille et tourné de façon que la plante servoit de „coussinet à sa tête lorsqu'elle reposoit de ce côté 32).”

Insuper fere semper genua flectuntur et contractio musculorum illorum flexiorum nonnunquam adeo insignis est, ut calx nates attingat et extremitates vix et ne vix quidem extendi possint, uti constat exemplo à *Doct. Kottmannio* descripto 33) aliisque. Incurvationes illas inter et emollitionis ipsorum ossium gradum ratio exstat

32) Cf. *Mémoires de l'Académie Royale des Sciences* etc. Paris 1753. p. 548. Tab. XXII & XXIII..

33) Cf. *von Siebold's Journal für Geburtshülfe, Frauenzimmer- und Kinderkrankh.* Bd. III. p. 310. Licet scriptor ille dicit (p. 314) Rhachitidem et Scrophulosin causas fuisse ejus metamorphoseos systematis ossium, tamen non dubitandum mihi videtur quin Osteomalacia hic adfuerit.

directa; progrediente enim morbo progreditur quoque incurvatio.

Si denique vertebrae dorsi emolliantur, costae dislocantur cavitasque pectoris coarctatur, multaque alia oriuntur symptomata, et quidem praesertim: respiratio difficilis, anxietas summa, asthmatica symptomata, uti et saepe haemoptoë, palpitationes cordis, cet.

### § 9.

Aliud symptoma nostro morbo proprium et ad signa pathognomica pertinens eo consistit, quod longitudo corporis magis magisque diminuatur: illo signo jam satis differt Osteomalacia à Rhachitide, quod etiam concedit Doct. Hesse, licet ille vir convenientiam inter utrumque morbum magnam habeat. „Bei der 'eigentlich sogenannten „Osteomalacie,“ inquit „findet meist Verkürzung des „Knochens statt, bei Rhachitis sind sie oft platt 34).“ Gradus quo longitudo corporis diminuatur omnino differt, idque ita, ut nonnunquam totius corporis longitudo à capite ad calcem vix et ne vix quidem 2-3 ped. aequet 35); constat nimirum omnibus observationibus longi-

---

34) Cf. C. C. Hesse, *Ueber die Erweichung der Gewebe und Organe des Menschl. Körpers*, Leipz. 1827. p. 145.

35) Sic in casu à Clar. Busch descripto longitudo ea aequabat = 4 pedes 4 poll. et 2 lin.; longitudo totius trunci ab osse occipitis usque ad apicem coccygis ossis erat = 17 poll. 2 lin. In eo casu columna vertebrarum ita curvata et diminuta erat ut mentum fossam cardiacam attingeret. Cf. Busch, *Geburtshülf. Abhandlung, nebst einer Nachricht über die Academische Entbindungsanstalt zu Marburg*. Marb. 1826. p. 241. — Busch, *Ge-*



tudinem corporis *semper aliquid* diminui, dum tamen haec diminutio nonnunquam fit momentosissima. Recte ergo dicit Doct. Schmidt: „Endlich verkleinert sich „wirklich die Statur, und die Frau wird zum Kruppel 36).“ Sed ex omnibus fere observationibus simul patet praesertim superiorem partem corporis, et quidem truncum longitudine imminui, extremitates autem ut plurimum suam retinere longitudinem.

Etiam in viris adultis, emollitione ossium correptis, idem illud phaenomenon vulgo observatur, uti pluribus exemplis comprobavit Clar. Lobstein 37), quodque etiam aperte patet casu illo à Bauda, anno 1650, observato, quo „musculi,“ uti inquit de Haen, „se in tantam parvitatem contraxerunt, ut infantis triennis longitudinem „haberet 38).“

*schlechtsl. d. Weib. Th. 2. p. 495.* — Doct. Frank casum descripsit quo »longitudo“ uti inquit »corporis continuo diminuebatur, collum humeris insidebat, hi ipsi in alarum formam inurgebant, pectus dorsumque in gibbos elevabantur, spina vertebralis ossaque ilia varios in gyros contorquebantur, donec tandem »ad infantis quadriennis fere parvitatem reducta febre hectica »consumeretur infelix,“ — Cf. J. P. Frank, *Disc. de Rhachit. acut. et adult.* in *Dellect. Opusc. Med.* Lipsiae Tom. V. p. 313. — Conspexit etiam ille Vir Doct. feminam quinquaginta fere annorum quae pridem recto instructa longoque satis corpore ad *nanæ* brevitatem reducta fuit. Cf. *id. op.* p. 312. Et plura hac de re exempla afferri possunt.

36) Cf. C. C. Schmidt, *Encyclop. d. Gesamt. Medicin.* Bd. 1. 2ter Hälfte p. 456.

37) Cf. Lobstein, *Anatom. Pathology.* 2er Theil (Deutsch von Neuhrohr) p. 170-171.

38) Cf. Ant. de Haen, *Praelect. in H. Boerhav. Institut. Patholog. edit. à Wassenberg.* Tom. I. p. 123.

Denique difformitas ad illum evolutionis gradum usque nonnunquam pervenit, ut forma humana vix dignosci possit.

§ 10.

Tandem magis magisque functiones pulmonum, cordis, aliorumque organorum ad vitam sustinendam tam necessariorum cobibentur, febricula oritur cum pulsu celeri et parvo, rubor os circumdat, calor ardens per totam corporis superficiem dispergitur, sudor matutino tempore erumpit, femina nonnunquam valde emaciatur, et ex morbo dolorifico et miserrimo, qui saepe jam per plures annos duraverit, tollitur morte diu jam exoptatâ, cuique diarrhoeae et haemorrhagiae colliquativae vulgo praecedunt.

## C A P U T II.

### DECURSUS MORBI.

#### § 11.

**M**orbus noster, licet vulgo inopinato absque ullis symptomatibus antecedentibus oriatur, atque ita acutis morbis non prorsus absimilis videatur, tamen semper chronice decurrit. Nullum exemplum mihi saltem est cognitum quo non talis decursus observatus sit, id quod à variis scriptoribus, inter quos Clar. Kilian 39), Busch 40), Moser 41) Klose 41\*) aliique, confirmatur. — Exstant quidem casus quibus emollitio ossium acutiore modo decurrebat, quique nomine „Osteomalaciae” descripti sunt, sed quos hac de re legi casus non pertinent ad Osteomalaciam universalem feminarum. Sic inter alios van der Haar talem descripsit casum 42), de quo Clar. Lobstein dicit:

39) Cf. Kilian, *L. c.* p. 11.

40) Cf. Busch, *Geschlechtsl. d. Weibes*. 2ter Theil p. 483 § 248.

41) Cf. *Encyclopädisch Wörterb. d. Medic. Wissensch.* Bd. XXVI. p. 158.

41\*) Cf. *Allgemeine Encyclopädie der Wissensch. u. Künste* edit. à J. S. Ersch und J. G. Gruber. III Sect. O-Z. herausg. v. M. H. E. Meijer und L. F. Kämtz. Th. VII. Art. Osteomalacia.

42) Cf. Koch, *Sammlung Auserlesener Abhandl.* Bd. III. p. 486.

„Diess ist also ein sehr ausgesprochener Fall von acuter „Osteomalacie“ etc. 43). Verum si attendamus ad symptomata et causas, ad sedem et curationem morbi, ad aegrotae aetatem (15-16 annorum), ad ea quae morbum antecesserint aliaque, nullum tunc dubium superesse mihi videtur, quin ille morbus non pertineat ad morbum de quo hic est quaestio.

### § 12.

De tempore quo Osteomalacia maximum gradum acquirat, nil certi constare videtur; vulgo tamen per plures annos durat. Mibi non cognitum est exemplum quo longius, quam in casu à Morandio Sen. descripto, perduraverit morbus, quo casu nempe per viginti annos plus minusve perdurasse videtur 44). Doct. Schmidt narrat se vidisse in Museo Anatomico-Pathologico Universitatis Vindobouensis skeleton cujusdam feminae, quae 28 annos nata Osteomalaciâ correpta fuisset, cujusque capitis ossa jam 18 menses post partum, — quando morbus summum jam acquisiverat gradum, — fuerint emollita 45).

Saepissime in eo morbo *Stasis* observatur, qua decursus valde mutatur. Si talis stasis obtinet (quod etiam in morbi casibus satis evolutis locum habere potest, si

43) Cf. Lobstein, *Anatom. Pathol.* (Deutsch von Neuhrohr). 2ter Theil. p. 172

44) Cf. *Histoire de l'Acad. Roy. d. Sciences.* 1761. et *Memoires* p. 208. — Saillant, in *Histoire de la Société Royale de Médecine* 1776. p. 316. — et Koch, *Samml. auserl. Abhandl.* 2ter Theil. p. 503 seq.

45) Cf. Schmidt, *Encyclop. d. Gesamt. Med.* Bd. I. 2ter Hälfte, Art. *Becken*.

aegrota causis nocentibus non amplius exposita sit), multa, licet non omnia evanescent symptomata; sic incessus eadem saepe conditione manet, nec pejor nec etiam vix melior redditur, cet. In meliorem partem tamen in tali conditione vergunt digestio, aliaeque functiones, antea majori minorive gradu laesae, quo fit ut conditio generalis („das Allgemeinbefinden“ uti Germani dicere solent) melior reddatur. — Sed si etiam unum tantum momentum nocens damna afferre pergat, nunquam ea stasis locum habebit, sed e contra morbus magis magisque accrescet et progredietur.

### § 13.

Omnes scriptores eo conveniunt, et ex omnibus mihi cognitis observationibus patet, Osteomalaciam nostram initium habere in pelvis ossibus 46). Clar. Kilian, qui tot ad veram cognitionem morbi attulit, hac de re etiam non dubitat, quum ait: „Mir scheint es durchaus „nicht dem geringsten Zweifel zu unterliegen, dass die „Osteomalacie ihren eigentlichen Heerd in den Knochen „des Beckens habe, in ihnen anfangende und von ihnen „sich über das ganze Knochensystem ausbreite.“ Illud verum esse, probari videtur observatione quod ossa, quo magis à pelvi distent, eo minus emolliantur, id quod

---

46) Cf. Kilian, *l. c.* p. 8. — Schmidt, *Encyclop. d. Gesammt. Med.* 1Vter Bd, 1842 p. 191. — Moser, *Encyclop. Wörterb. d. Med. Wissenschaft.* Bd. XXVI. — Busch, *Geschlechtsl. des Weib.* 2ter Theil. — Klose in *Allgemeine Encyclopadie der Wissenschaften u. Künste herausg. von J. S. Ersch und J. G. Gruber* III Sect. O-Z herausg. v. M. H. E. Meier und L. F. Kamtz. Th. VII. *Osteomalacia.*

praesertim patet ex casibus, quos descripserunt Ludwigi-  
 gius 47), Morandius 48) aliique. — Pars pelvis quae  
 prima afficitur, mihi videtur esse os sacrum: illud cre-  
 derem 1°. eo, quod dolores ut et alia symptomata in  
 illa regione primum et per excellentiam sese palam  
 faciant, 2°. etiam eo, quod ex omnibus fere observatio-  
 nibus constet, illud os magis quam omnia alia ossa dif-  
 formari. Id etiam valet de iis casibus, quibus solummodo  
 pelvis ossa affecta cernabantur, dum nonnunquam pelvis co-  
 arctatio tantum fere per illius ossis conformationem pravam  
 et mutationem producta videretur. Et 3°. ad illud est at-  
 tendendum, quod symptomata longe leviora reddantur, si  
 os sacrum sustineatur, — quod praesertim valet de difficili  
 ingressu in initio morbi, quando de aliorum ossium affec-  
 tione nulla adhuc exstant symptomata.

#### § 14.

Morbus itaque in osse sacro vulgo incipiens, ad alia  
 ossa transit. Primo loco ut plurimum ossa pubis vel  
 immediate afficiuntur, vel mediate, hoc est, prius afficie-  
 batur os ilium, et ab illo osse morbus ad ossa pubis  
 progreditur, et abhinc ossa ischii et os coccygis emolli-  
 tione corripiuntur. Sed jam initio morbi vulgo etiam

---

47) Cf. Christ. Gottlieb Ludwig, *Programma quo ob-  
 servata in sectione cadaveris feminae cujus ossa emollita erant  
 proponit*. Lips. 1757 transl. in *Disputat. ad morbor. historiam et  
 curationem facientes, quas collegit, edidit et recensuit Alb. Hal-  
 lerus*, Tom. VI. 1758. p. 325.

48) Cf. *Histoire et Memoires de l'Academie Royale des Sciens.*  
 etc. 1753. p. 541 seq.

lumborum vertebrae patiuntur, dein vertebrae dorsales, quo facto, columna vertebrarum varias acquirit curvaturas. Postea etiam costae nonnunquam ut et sternum emolliuntur, quo fit ut cavitas pectoris saepius summo gradu coarctetur, organaque thoracis in suis functionibus absolvendis valde cohibeantur. Ocius serius vulgo afficiuntur extremitatum ossa (licet rarius quam ossa columnae vertebralis), et affectionis illius symptomata durante vita nonnunquam luculenter palam se faciunt. Clar. Kilian saepissime inferiorum extremitatum ossa non curvari recte dicit, etiamsi emollitione sint inquinata; et multis exemplis veritatem rei probari, adjungit. Illud phaenomenon non aliud explicandum mihi videtur, quam ex antagonisticâ actione musculorum, eorumque vi valde imminutâ. Ossa inferiorum extremitatum multo citius affici videntur atque etiam frequentius quam ossa superiorum extremitatum; et mihi non cognitum est exemplum, quo ossa brachii fuissent emollita, absque ea inferiorum extremitatum affectione, dum autem inversa ratione res quidem observata est. Progrediente semper morbo, colli vertebrae quoque afficiuntur; licet semper peractâ vertebrarum dorsalium emollitione et minore vehementiae gradu, uti optime patet ex observationibus Morandii 49), Sandifortii 50), Ludwiggii 51) aliorumque. Capitis ossa autem rarissime

---

49) Morandius hac de re ait: «Les vertèbres des lombes étoient plus molles que celles du dos, et celles-ci plus que celles du col.» Cf. *Memoires de l'Acad. Royal.* 1753. p. 545.

50) Cf. *l. c.* Vol. I et II. No. 896.

51) Etiam Ludwigijs recte ad eam rem attendit. «In ossibus itaque truncum constituentibus» inquit «primo colum-

emolliuntur, cujus rei causa forsitan in eo est quaerenda, quod ante morbi propagationem ad cranium, difformitates aliorum ossium tales jam prodixerint laesiones variarum functionum (praesertim organorum pectoris et abdominis), quibus mors induceretur. Morbum tamen etiam ad ea ossa nonnunquam progredi, pluribus probatur exemplis; imo in casu feminae *Supiot* ipsa ossicula auditus ut et ossa petrosa (quae maximam habent duritiem) emollita invenit *Morandius* 52). — Dentes nunquam eo morbo emolli videntur, quod jam monet *Doct. Conradi*, quum ait: „Dentes quod mirum est nil omnino detrimenti „capiunt, certe omnibus hujus morbi exemplis, naturali „duritie praediti erant” 53), id quod etiam omnes recentiores scriptores confirmant.

### § 15.

Mirandum sane, in decursu hujus morbi nullas oriri laesiones functionum uteri; et si etiam observatae sint tales laesiones, nunquam ex morbi ipsius vi, sed magis ex debilitate generali ortum habuisse videntur.

Sic vulgo nulla abnormitas menstruationis observatur, et licet etiam casus exstant (uti ille à *Morandio* jun:

---

»nam spinae dorsi conspiciebamus, cujus vertebrae omnes eodem modo ut os sacrum evidentem referebant mollitiem, colli tamen »vertebrae paullo duriores erant.” Cf. *Ludwig, Programma citat.* in *Alb. Halleri Disput. ad morborum histor. et curatione facient.* Tom. VI. 1753. p. 332.

52) Cf. *Memoires de l'Acad. Roy. d. Scienc. etc.* 1753. p. 544.

53) Cf. *Conradi, Diss. cit.* p. 13.



descriptus 54), quibus ea functio quodammodo laesa fuerit, ratio tamen laesionem illam inter et Osteomalaciam ipsam minus aperta videtur.

Cupiditas coeundi eadem manet et aegrotae ei resistere non valent, licet sciant talem coitum saepe mortem producturum esse: imo etiam concipiendi facultas nullo modo diminuitur, uti patet ex permultis exemplis feminarum, jam majore minorive gradu Osteomalaciae correptarum 55); rem varii recentiores scriptores con-

---

54) Cf. *Memoires de l'Acad. Royal.* 1764. — *Histoire de la Société Royal, de Medic.* 1776. p. 316. — Koch, *Samul. auserl. Abhandl.* Bd. II. p. 305.

55) Vide casus à Wood observatos et descriptos in *Med. and Phys. Journal.* 1801. Oct. No. XXXII. — *Journal der Ausländ. Mediz. Litterat.* Bd. I. S. 215, 225. — R. Mesdag, *Diss. de Partu difficili instrum. secantib. absolv.* Gron. 1810. p. 26-28. — Casum à Vaughanio observatum et descript. in op. tit.: *Case and observat. on the hydrophob, to which is annexed an account of the Caesarian Sect.* Lond. 1778. p. 74. — Casum Audibertii descript. in *Delict. opusculi. med. ed. à J. P. Frank*, Tom. V, p. 315. aliosque, Clar. Busch hac de re ait: »Was den Geschlechtstrieb betrifft, so erscheint derselbe keinesweges unterdrückt, wie man es bei dem Zustande des Organismus erwarten sollte, er ist vielmehr in hohem Grade gesteigert, und die Kranken geben sich dem Beyschlaf, trotz aller Ermahnungen von seiten des Arztes, dass die Schwangerschaft das Uebel sicher steigern werde, trotz der Gefahren und Schmerzen, welchen sie bei der früheren Geburt unterworfen waren, hin; wir finden oft Fälle, in denen der Beyschlaf ausgeübt wird, obgleich der Körper schon so verunstaltet ist, dass dieses auf gewöhnliche weise nicht geschehen, und die Kranke nur durch eine eigenthümliche Lage die Einführung des Männlichen Gliedes möglich machen

firmant. — Etiam graviditas ipsa, licet morbum valde adaugeat, vulgo tamen regulariter decurrit; saepissime tamen ob pelvis coarctationem, uterus in pelvis cavitatem rite extendi nequit, sed superne vergit, ita ut illam formam accipiat, quam nostro idiomate „Hangbuiik” nominemus. Etiam partus rite absolvi dicitur, si a pelvis minore majorive coarctatione mechanice non perhiberetur, id quod tamen fere semper locum habet, ita ut artis auxilio indiget. Functiones uteri ad partum semper autem rite se habent, et ejus visceris contractiones non solum definito tempore, sed etiam regulariter et magno cum vigore procedunt, imo saepe fortiores redduntur, adeo ut uteri vita aucta videri posset 56). — Denique puerpe-

»konnte. Auch die Conceptionsfähigkeit wird in der Krankheit »nicht beeinträchtigt; Osteomalacische Frauen werden vielmehr »sehr leicht beschwängert, obgleich oft schon die Verunstaltung »des Beckens einen solchen Grad erreicht hatte, dass das Mann- »liche Glied in die Scheide gar nicht eindringen konnte: es sind »uns Fälle bekannt geworden, in denen Frauen unter solchen »Verhältnissen schnell, schon bei dem ersten Coitus, nach der »früheren Entbindung wiederum concipirten.” Cf. Busch, *Geschlechtsl. d. Weib.* 2ter Th. p. 481-82.

56) Ab iis etiam derivanda forsàn sunt sequentia phaenomena, quae secundum Clar. Kilian semper in eo morbo exstaut:

- 1°. Abortus in talibus individuis rarissime observatur.
- 2°. Infantes semper per debitum tempus ab iis geruntur, et in illis infantibus nullum observatur signum nutritionis defectus.
- 3°. In pelvi maxime difformata, imo durante operatione satis diuturna, uterus contractiones fortiores semper perficit.
- 4°. Nunquam laesiones occurrunt in quinta partus periodo; nunquam Metrorrhagiae, taliaque; et denique
- 5°. Etiam lochiorum fluxus vulgo debita quantitate et regulari modo procedit. Cf. Kilian, *l. c.* p. 16-17.

rium, lactatio ut et lochiorum fluxus raro eo morbo turbantur 57).

---

57) »Nur wenn die Krankheit sehr weit vorgeschritten,“ inquit Clar. Busch (*Geschlechtsl. d. Weib. Th. II. p. 482*) »der Organismus heftig erschüttert ist, die Brüste sehr geschwunden sind, und ein allgemeiner kachectischer Zustand sich entwickelt hat, da müssen natürlich alle diese Functionen in höherem Grade leiden, aber nicht direct durch den Einfluss der Osteomalacie auf die Geschlechtsorgane.“

### C A P U T III.

#### DE SIGNIS ANATOMICO-PATHOLOGICIS.

##### § 16.

**S**ectiones cadaveris feminarum quae Osteomalaciae mortuae sunt, varia ostenderunt phaenomena, praesertim quoad substantiae osseae ipsius mutationem. In nonnullis enim casibus color ossium fere niger erat, in aliis magis normalis, albus; modo observabantur ossa magis sicca, modo substantia in pulpaceam massam converta videbatur; nunc ossa erant valde fragilia, levi attactu frangebantur, et permultae fracturae cernabantur, quae jam durante vita ortae fuerint et pro parte in normam fuerint redactae, nunc autem in Osteomalaciae gradibus summis, nullum fracturae indicium observabatur, et ossa fuerint valde flexilia. Nonnulli observarunt ossa graviora fieri per morbum, dum multi alii ea leviora reddi statuerunt, alii observarunt ossium pelluciditatem diminui, alii e contra majorem pelluciditatem per morbum oriri dixerunt; in multis casibus ossa valde compressa erant et longitudine

valde diminuta, in aliis vero observationibus hac de re vix aliquid constabat; cet. 58).

§ 17.

Nonnulli Medici illarum differentiarum causam habebant varium morbi stadium quo aegrota versaretur, vel varium gradum emollitionis; haec est opinio Clar. Busch 59), Maijo 60), Doct. Hesse 61) aliorumque. Sed Clar. Kilian primus duas ejus morbi *species* exstare statuit, quarum unam nominavit Osteomalaciam *flexilem* sive *ceream*, alteram Osteomalaciam *fracturosam* 62). Nonnulli Medici cum Clar. Busch ut et Maijo consentiunt, alii autem cum Clar. Kilian statuunt revera adesse duas species Osteomalaciae. Contra illas sententias dubia movere mihi liceat. Si enim verum esset, uti Clar. Busch voluit, differentiam repetendam esse à vario stadio morbi, tunc omnibus iis casibus quibus morbus regularem decursum habuerat atque varia ea stadia ergo transgressus fuerat, semper fracturarum indicia observari deberent, id quod observationibus non omnino probatur.

---

58) Haecce omnia maxime patent, si varii inter se comparentur casus, et Clar. Busch qui eodem tempore duos observavit Osteomalaciae casus, ad hanc peculiarem differentiam primus jam recte attendit. Cf. D. W. H. Busch, *Geburtshülfliche Abhandl. nebst einer Nachricht über die Acad. Entbindungsanst. zu Marburg*. Marburg 1826. p. 193, 201, 252, 254-255 cet.

59) Cf. Busch, *das Geschlechtsl. d. Weib*, 2ter Theil.

60) Cf. Maijo, *Outlines of human Pathology*. Lond. 1835. Tom. I.

61) Cf. *l. c.* p. 145.

62) Cf. Kilian, *l. c.* p. 26.

Sententia Clar. Kilian quodammodo etiam dubitanda videtur, siquidem observatio docuit fracturas obveniri posse etiamsi Osteomalacia flexilis adesset; imo secundum Doct. Moser observatae sunt in illa Osteomalaciae specie fracturae pelvis ossium, quae fere nunquam producuntur in sano corpore, nisi causis quas mors sequatur, — quam ob rem etiam in iis quamdam fragilitatem adfuisse non negandum videtur. Et praeterea in aliis exemplis et signa Osteomalaciae flexilis et fracturosa simul sunt observata 63).

63) Hoc mihi saltem videtur obtinuisse in casu a Ludwigio descripto (Cf. *l. c.* p. 334), in quo costae omnes adeo molles et flexilesprehendebantur, ut instar chartae multiplicis et conglutinatae (Pappe) facile et sine fracturae metu introrsum et extrorsum flecti possent, in quo porro ossa innominata adeo mollia erant ut leviori digiti impressione ita cedebant, ut foreas impressas ad tempus retinerent, imo de quo Scriptor ipse dicit quod mirum videbatur quo modo aegra sine fractura vel notabili inflexione extremitatum ossium primo motus ad incessum requisitos, postea vero cum lectulo semper affixa esset, inversionem corporis necessariam praestare potuerit. In eo casu, quo certa signa Osteomalaciae flexilis aderant, tamen inversione cadaveris, os femoris frangebatur, adeoque ut recte statuisset mihi videar hoc in casu adfuisse et flexilis et fracturosa Osteomalacia; et illud non ita locum haberet, si revera duas varias et semper distinctas species effecisset morbus — Ludwigi fracturam eam ab inversione cadaveris rudius forte suscepta derivat, quod tamen dubitandum esset, si verum sit quod statuit Clar. Kilian, dicens in illa specie morbi non nisi per causam vehementissimam fracturas oriri. Cf. Halleri *Disputat. cit.* p. 334 et Kilian, *Op. cit.* p. 27.

## § 18.

Quidquid autem sit, iis casibus, quibus multae observatae sunt fracturae ossium, plura alia signa simul obvenisse videntur, quae autem deërant iis casibus quibus non adfuerit talis fragilitas. Diversa signa itaque quae secundum Clar. Kilian aliosque, inter duas eas species exstant, breviter et tabellario modo hic communicabo.

## S I G N A

*Osteomalaciae universalis feminarum**flexilis sive cereae.**fracturosae.*

1°. Ossa sunt valde emollita, vulgo cereae ad instar; maximam habent flexilitatem; digiti ope facile comprimuntur, ita ut fovea per diu relinquatur, scalpelli ope facillime persecari possunt. Ab illorum ossium magna flexilitate et mollitie summa, Clar. Kilian illam speciem vocavit *Osteom. flexilem s. ceream.*

1°. Ossa externe non eam ostendunt emollitionis gradum; digiti pressione non tam facile comprimuntur et foveae non ita relinquuntur; flexilitatem quamdam quidem possident, tamen multo minore gradu, et non nisi in recenti conditione.

2°. In flexili Osteomalacia quidem obvenire possunt

2°. In ea specie fragilitas nonnunquam maximum ac-

## SIGNA

*Osteomalaciae universalis feminarum**flexilis sive cereae.*

fracturae, multo tamen rariores sunt, et secundum Clar. Kilia n non producuntur, nisi causis talibus vehementissimis, quibus in minore gradu jam ossa crassiora et validiora sanarum feminarum frangerentur 64).

*fracturosae.*

quirit gradum, idque ita, ut saepe post mortem permulta indicia fracturarum observentur 65) etiam ossium, quae in sana conditione rarissime, et non nisi vehementissimo impetu franguntur, uti pelvis ossa 66)', taliaque. In iis

64) Uti jam antea dixi, tali modo oppositas esse mihi non videntur eae species, quam ob rem consentio Doct. Moser quum dicit: »Hierbei ist Kilia n jedoch jedenfalls zu weit gegangen; so vollkommen stehen sich die beiden Arten der Knochenerweichung nicht gegenüber." Ille vir Doct. Osteomalaciam fracturosam porro forsan ortam habet ex combinatione alicujus morbi dyscrasici cum vera sive flexili Osteomalacia, ad quam hypothesin firmandam adducit duos casus observatos a Clar. Busch, quorum uno qui ad Osteomalaciam fracturosam pertinet, revera simul Scorbutus aderat. Cf. *Opus cit.* p. 171 et 172.

65) Cum ea Osteomalacia fracturosa confundi autem non debet ea ossium affectio, qua friabilitas tam viris quam feminis nonnunquam accedit.

66) Valde memorabilem hac de re exemplum descripsit J. Claude Renard in op. tit.: *Rammollissement remarquable des os du tronc d'une femme.* Mayence 1804, quo ingens numerus fracturarum observatus fuit. Etiam plures ortae fuerunt fracturae tam pelvis quam aliorum ossium in casu a Clar. Sandifortio descripto. Cf. *Museum Anatom. Acad. Lugd. Bat. descriptum* ab Eduardo Sandifort, Vol. I. p. 127-129.



## SIGNA

*Osteomalaciae universalis feminarum**flexilis sive cereae.**fracturosae.*

3°. Secundum Clar. Kilian (68), curatio fracturarum hac in specie difficillima est, quam ob rem solummodo de hac specie valent verba, quae scripsit Doct. Cumin de Osteomalacia in genere, nempe: „In schlimmen Fällen kommen bei den erweichten „Knochen Fracturen vor, deren Wiedervereinigung der „geschicktesten und ärztlichen Hülfe ungeachtet, „nicht gelingt.“ 69) Princeps

autem exili causâ, v.g. levi motu in lecto, imo respirationis motu, saepissime costae franguntur 67).

3°. In hac specie, qua tam facile oriuntur fracturae, vis medicatrix Naturae et ars etiam illas facile curant.

Calli formatio hic optima est, quantitate satis magna secernitur, atque magnam acquirit duritiem; unde illud etiam derivari debet, quod ossa nunquam eo loco iterum frangantur, quo antea fracta fuissent, cujus rei saltem nullum exemplum Clariss. Kilian cognitum

67) In continuo motu costarum respirationis negotio existere mihi videtur causa fracturarum, quibus costae tam multiplici ratione vulgo affectae sunt, uti casibus illis a Renardio, Saudiofortio, aliisque observatis optime patet.

68) Cf. *Ejus op. cit.* p. 23.

69) Cf. *Encyclopädie der Practisch. Medic.* Neunte Liefer. Art. 3 Rhachitis. p. 578.

## SIGNA

*Osteomalaciae universalis feminarum**flexilis sive cereae.*

causa hujus difficilis curationis exstare videtur eo, quod calli prava formatio semper locum habet, unde etiam derivandae sunt Pseudarthroses, quae vulgo ex iis fracturis orientur.

4°. Color horum ossium emollitorum vulgo est fuscus, colori hepatis non dissimilis, nonnunquam magis nigrescens, vel etiam rubescens; aliquando ossa etiam ostendunt flavum colorem, fusco-canum, ravidum, aut ex albedo-flavescentem.

5°. Pelluciditas quam nonnulla ossa in normali statu ostendunt, secundum Clar. Kilian diminuitur, imo etiam plane evanescit, quod praesertim valet de illis ossibus

*fracturosae.*

est 70), nec etiam casibus mihi cognitis videri licet. Hanc ob rem in ea specie Osteomalaciae nunquam Pseudarthroses inventae sunt.

4°. Ossa in quibus multae observatae sunt fracturae vulgo colorem albidiorum ostenderunt quam in normali conditione, imo nonnunquam ossa ex albo splendida observata sunt; nonnunquam etiam color parum a naturali differt 71).

5°. Pelluciditas in ossibus vulgo adaucta observatur, ita ut nonnunquam per ossa antea non pellucida lux transeat. — „Die Knochen” inquit Clar. Kilian „sind

70) Cf. *Ejus op. cit.* p. 23.

71) Cf. Hesse, *Ueber die Erweichung der Organe und Gewebe des Menschl. Körpers* p. 145.

## SIGNA

*Osteomalaciae universalis feminarum**flexilis sive cereae.*

quae in normali statu locum quemdam ostendunt pellucidum, v. c. ossa ilium cet.

*fracturosae.*

„an allen dünnen Stellen, „hauptsächlich des Beckens durchsichtig“ 72).

6°. Pondus specificum ossium in hac specie Osteomalaciae parum mutatur, et paullo levius invenitur, sed nonnunquam ita ut vix animadverti possit, imo rarissimis in casibus pondus ossium adauctum videtur, uti in casibus à Clar. Naegele, 73) Stein 73\*) aliisque observatis. Ibi scil. pelvis cum 3 inferioribus vertebrae lumborum adaequabat pondus Unc. XXII, dum pon-

6°. Pondus specificum ossium in ea specie vulgo adeo diminuitur, ut facile ea diminutio observari possit.

Sic in casu à Renardio 74) observato, capitis plus trunci pondus non majus erat quam 1,050904 Kilogr. ut et skeleton cujusdam feminae Osteomalaciâ mortuae, conservatum in Museo Anatomico Herbi-

72) Cf. Kilian, l. c. p. 24.

73) Cf. Naegele, *Erfuhr. und Abhandl. aus dem Gebiete der Krankh. d. Weibl. Geschlechtes*; Mannheim 1812. Abh. VI.

73\*) Clar. Stein qui casum descripsit Osteomalaciae flexilis, hac de re narrat: pelvis pondus multo majus fuisse, quam illud pelvium normalium praeparatarum. Cf. G. W. Stein *Geschichte einer Kaisergeburt in einer practischen Wahrnehmung*. Cassel 1783. p. 34-35. —

74) Cf. J. Claude Renard, *Ranmollissement remarquable des os du tronc d'une femme*. Mayence 1804.

## SIGNA

*Osteomalaciae universalis feminarum**flexilis sive cereae.**fracturosae,*

us femineae pelvis normalis plus minusve est Unc. XIV β- XV β (29 1/2-30 1/2 Loth<sup>75</sup>).

polensi tam leve erat, ut in aquae superficiem nataret 76).

7°. In hacce specie contractio ut ita dicam ossium, quā multo breviora redduntur, ad multo majorem gradum accrescit. Hoc praeter alios satis patet duobus casibus à Clar. Busch observatis, qui etiam ad eam rem jam attendit 77).

7°. Hic diminutio longitudinis corporis non eum gradum acquirit. Non tamen cogitandum est nullam hic diminutionem observari, nam hoc revera aliter docuit experientia, sed nunquam tali modo obvenit, ut corporis longitudo ad formam *nannarum* ad instar decreseat.

8°. Denique Clar. Kilian primus ad aliud discrimen attendit 78). Ossa nempe, si ea specie emollita sunt et aëri exponuntur, nonnisi lentissime exsiccantur, et nonnunquam per longum temporis spatium aliquid oleosi, adiposi, vel etiam melligeni reservant.

8°. Ossa ea specie Osteomalaciae affecta, aëri exposita, facile exsiccantur, et quidem intra brevissimum temporis spatium, dum sensu externo nunquam aliquid oleosi, adiposi vel melligeni percipitur.

75) Cf. Kilian, *l. c.* p. 25.

76) Cf. Kilian *l. c.* p. 25 in notam.

77) Cf. Busch, *Geburtshülf. Abhandl.* etc. 1826, p. 252-53.

78) Cf. *Ejus op. cit.* p. 27.

## § 19.

Signis diversarum Osteomalaciae specierum anatomico-pathologicis nunc enumeratis, restat ut nonnulla alia, in iis nonnunquam observata, commemorem.

Periosteum vulgo quodammodo crassius, laxius ossibus adhaerens observatur et saepe (uti in casu Ludwiggii 79)), quibusdam locis plane ab osse distat. Nexus cum osse saepius adeo est exilis, ut facile periosteum ab ossium substantia detrahi possit. Praeterea membrana ea vulgo multis vasis correptatur. Superficies ossium aliquando est aspera, dum ossa lata, (praesertim ossa cranii) multo crassiora vulgo redduntur quam in normali statu, quod de omnibus casibus Osteomalaciae flexilis constare mihi videtur. Diploë majorem evolutionis gradum acquirit, pressione nonnunquam exstillat fluidum quoddam rubrum; pars corticalis ossium majore minorive gradu deest, nonnunquam pars externa superest, tenuissimum solummodo cylindraceum tubulum quasi formans, nonnunquam in corticali substantia observati sunt pori, e quibus destillabat fluidum quoddam tenue absque ullo odore 80). — Canalis medullaris vulgo amplior redditur ejusque vasa sanguifera maxime evolvuntur. In substantia medullari ipsa nonnunquam cavitates cellularum ad instar repertae sunt, quae fluidum tenue, nonnunquam mellis consistentiam habens, subrubrum, sanguini extravasato commixtum, continebant.

---

79) Cf. Halleri *Disputat. ad morb. hist. et curat. fac.* Tom. VI. 1758. p. 330.

80) Cf. *Encyclopädie der Pract. Medic.* Neunte Lief. Art. Rhachitis adulatorum.

Praeterea omnia ossa emollita peculiarem et proprium spargunt odorem si exsiccata sunt, idque odorem, qui tam characteristicus est secundum Clar. Kilian, „dass uti inquit „wenn man überhaupt noch ausser der Form „der Knochen, ein diagnostisches Kennzeichen bedürfe, „dieses als sehr genügend angesehen werden konnte“ 81). Ille vir Clar. eum tamen odorem plane describere non potuit, siquidem alius non exstaret quocum ille odor comparari posset.

## § 20.

Multi Medici praeterea chemicas mutationes hisce in ossibus indagare conati sunt. Ex experimentis à Bostockio 82) institutis, pondus partium terrenarum in ossibus emollitis adaequat  $\frac{1}{3}$ - $\frac{1}{8}$  partem totius ossis ponderis, dum in naturali sanaque conditione, earum partium pondus aequale esset =  $\frac{1}{2}$  part. totius ponderis ossium, quod jam Clar. Soemmeringius recte annotuit 83). Invenit Doct. Bostockius in decompositione alicujus

81) Cf. *Ejus l. c.* p. 27.

82) Cf. Majjo, *Outlines of human Pathology*. Lond. 1835. Tom. I. — Busch, *Geschlechtsl. d. Weib.* 2ter Theil. — Moser in *Encyclop. Wörterb. d. Med. Wissensoh.* Bd. XXVI. p. 169. — Schmidt, *Encyclopadie d. Gesamt. Medic.* IVter Bd. 1842. p. 189; cet.

83) »Alteram enim dimidiam ossium partem» inquit Clar. Soemmeringius »e gelatina, alteram vero e terra calcaria, »acido Phosphoreo fixo, et particulis ferreis juncta, ideoque usta »in calcem vivam abire nescia, constitui, analysis docet.» Cf. Soemmering, *de Corporis humani fabrica*. Tom. I. *Osteologia*. p. 1.

vertebrae dorsi cujusdam feminae Osteomalaciâ mortuae  
in 100 ejus partium:

Cartilaginis . . . . .	57,25 84)
Gelatinae et Adipis . . . . .	22,5
Phosphat. Calcis . . . . .	13,6
Sulphat. Calcis . . . . .	4,7
Carbon. Calcis . . . . .	1,13
Phosphat. Magnes. . . . .	0,82

Doct. Rees 85) sequentia invenit in 100 pt.

	In emollita conditione.	In normali conditione.
subst. terren: — subst. anim.		
<i>Fibula</i>	32,50 . . . . . 67,50 . . . . .	60,02 . . . . . 39,98.
<i>Costae</i>	30,00 . . . . . 70,00 . . . . .	57,49 . . . . . 42,51.
<i>Vertebr.</i>	26,13 . . . . . 73,87 . . . . .	57,42 . . . . . 42,58.

Gmelin 86) ex analysi costarum vertebrarumque  
sequentia invenit in 100 part.:

	In costis.	In vertebris.
Materiei organicae gelatin. . . . .	49,77 . . . . .	74,64.
Adipis . . . . .	11,63 . . . . .	5,26.
Phosphat. Calcis . . . . .	33,60 . . . . .	13,25.
Carb. Calcis . . . . .	4,60 . . . . .	5,95.
Sulph. Sodae } . . . . .	0,40 . . . . .	0,90.
Mur. Sodae }		
Carb. Sodae }		

84) In nonnullis citatis operibus erratum invenitur, quum loco  
57,25 in iis legitur 75,25.

85) Cf. Schmidts *Jahrbuch*. Bd. XXXII. S. 8. — Schmidt  
*Encycl. der Gesamt. Med.* Bd. IV. S. 189.

86) Cf. Moser, in *Encyclop. Wörterb. d. Med. Wissensch.*  
Bd. XXVI. p. 170.

Hiscce itaque etiam probatur, quod caeteroquin satis constat, vertebrae magis eo morbo affici quam costae aliaeque ossa, quae telam minus spongiosam habent.

### § 21.

Quod attinet mutationes partium mollium hoc in morbo, parum certum hac de re constare mihi videtur. Primariae mutationes viscerum sunt eae, quae in situ eorum observantur, id quod facile intelligitur, si solummodo ad curvationes attendatur columnae vertebrarum et ad conformationes totius trunci.

Nonnunquam invenierunt Medici calculos in vesica ut et in renum pelvi, variae magnitudinis variaeque formae, ad quod phaenomenon inprimis Morandius in suo tractatu 87) maxime attendit. — Praeterea alii hepar permagnum, hypertrophicum viderunt, quod fere de omnibus casibus constat, quodque inter alios memorabile fuit in observationibus à Saillant 88), Ludwigio 89),

87) Cf. *l. c.* p. 549-550.

88) »Die Leber» (legimus in opere Koch, *Sammlung auserl. Abhandl.* tit. Saillant, *Geschichte und Zergliederung einer Frau deren Knochen etc.* 2ter Theil, p. 503. seq.) »war sehr ausgedehnt und bestand aus einer klümprigten Substanz, die durch die Haut dieses Eingeweidcs zusammengehalten wurde;» — Cf. p. 507.

89) Ludwigi<sup>us</sup> hac de re ita monuit: »Hepatis lobus sinister sive minor» inquit »dextro longe major apparebat; incipiebat enim a sede vesiculae felleae et ligamentum magnum cum implicata Vena Umbilicali in ligamentum, vulgo suspensorium dictum, mutata, a latere externo vesiculae hujus, mirae varietate situs inducta, excurrebat, cum alias hoc ligamentum in incisura magna hepatis, scil. ad internam partem vesiculae



Busch 90). aliisque descriptis, dum etiam idem observaverunt Plank 91), Pringel 92) aliique. Pulmones nonnunquam quodammodo emollitae sunt et magna copia

»felleae et loco non nihil distante collocetur: hinc in nostro casu  
 »aut haec incisura prorsus deficiebat, aut fellea vesicula, in incisura  
 »magna haerens, adsumenda erat. Primo tamen intuitu tantum  
 »lobus hepatis dexter s. magnus videbatur esse minor altero; cum  
 »enim in hanc rem accuratius inquireremus, dictus lobus in nostra  
 »gibbosa sub costis spuriiis ita assurgebat, ut convexa sua parte  
 »diaphragma cum insigni elevatione in thoracem protruderet, ideo-  
 »que uti vere esse solet, respectu sinistri major deprehenderetur.  
 »Hic etiam lobus inferiori suo margine renem dextrum ex situ  
 »suo quodammodo dimovebat; id, quod eo magis in incurvato  
 »hujus cadaveris statu fieri potuerat, cum et os ileum ab hac  
 »dextra parte elevatum renem quoque aliquantum protrusisset, et  
 »ex consueta sede antrorsum et introrsum versus spinam dorsi et  
 »majora vasa in abdomine excurrentia produxisset. Hepatis lobus  
 »sinister per filamenta longa cum diaphragmate cohaerebat, dexter  
 »autem cum eodem firmiter coaluerat." Cf. Halleri, *Disput. ad morb. hist. et curat. fac.* Tom. VI. p. 323-329.

90) »Die Leber" inquit Clar. Busch in casu feminae Sophiae Gräter »war aber weit grösser als gewöhnlich, so dass  
 »sie so wohl darum, als auch wegen der Raumverkleinerung durch  
 »die Verkürzung des Rumpfes, auch die linke Seite einnahm;  
 »sie war überhaupt von bleicher Farbe, vorzüglich aber der rechte  
 »Lappen. Die ebenfalls blassgefärbte Gallenblase enthielt keine  
 »Galle." Cf. Busch, *Geburtsh. Abhandl.* etc. p. 244. In altero casu feminae Katharinae Kniese hepar longe minus observavit Clar. Busch. »Die Leber" inquit. Clar. »war ungewöhnlich klein, welk und bleich, besonders bleich war der rechte »Leberlappen." Cf. *l. c.* p. 191.

91) Cf. *Ejus Dissert. sistens osteosarcomatos morbum*, Tubing. 1781.

92) Cf. *Philos. Transact.* Tom. XLVIII. p. 297.

sanguinis in earum vasis reperta est; musculi nonnunquam in adiposam materiam erant converti, ita ut in ea vix et ne vix quidem musculorum indicia inveniri possent 93). Etiam cor et vasa quodammodo emollita reperta sunt, sed in multis exemplis viscera integra et parum mutata fuerunt.

---

93) Cf. casum à Saillant observatum, in op. Koch, *Samml. auserl. Abh.* 2ter Bd. p. 507. aliosque.

Morandius de musculorum mutatione ita monet: »Effectivement, le vaste externe, le fascia lata, le grêle antérieur, étoient plus courts, plus fermes, et plus épais que dans l'état naturel, tandis que leurs antagonistes, le biceps, le demi-nerveux, le demi-membraneux, le grêle interne, le couturier, étoient très minces, fort allongés, et se déchiroient aisément; ceux des extrémités supérieures avoient à peu près la même disposition; le deltoïde, par exemple, étoit fort raccourci et assez ferme, le grand rond, mol et lâche. Tout cela s'explique aisément par le recourbement des os, suivant la direction vicieuse qu'ils avoient suivie." Cf. *Memoires de l'Acad. Roy.* 1753. p. 548.

## C A P U T IV.

### DE CAUSIS MORBI.

#### § 22.

##### A. *Causae praedisponentes.*

**O**mnes qui scripserunt de feminarum Osteomalaciâ universali eo conveniunt, quod praesertim eae feminae, quae morbo inter breve temporis spatium ediderint infantes, eo multos corripiantur; — ideo ad causas praedisponentes primo loco referendus videtur partus saepe repetitus.

Inter 40 casus quos hunc in finem comparavi, erant 2 feminae quae post octavum, 7 quae post septimum partum morbo corripiebantur 94), 5 feminae afficiebantur post sextum partum, 8 post quintum 95), 5 post quartum, 2 post tertium, 4 post secundum, quarum una semel abortum passa fuerat, 4 post primum partum, dum apud 3

94) Harum feminarum una in sexto partu 3 ediderat infantes, ita ut jam 9 infantum mater esset, antequam morbus erumpiebat. Casus ille descriptus est à Doct. Kottmannio in v. Siebold's *Journal für Geburtshülfe* etc. Bd. III. Stück II, p. 305 seq.

95) Harum feminarum una in postremo partu 2 ediderat proles. Cf. casus, quem descripsit Doct. J. H. Schenck in *Journal für Geburtshülfe* etc. edit. à von Siebold Bd. V. St. III, p. 461. seq.

feminas ille morbus erupuit, quae nondum peperissent. Quum nunc numerus feminarum quae sexties vel pluries pepererunt multo est minor, quam ille earum, quae bis, ter, vel quater infantes ediderint, exinde sequitur morbum illum praesertim evolvi apud feminas, quae foecunditate excellant, id quod omnes etiam scriptores testantur. Ex observationibus omnibus mihi cognitis illud autem probari non videtur, quod Clar. Kilian se observasse testatur, quum nempe: „Als eine sonderbare Zufälligkeit,“ inquit „führe ich hier den Umstand an, dass in „der viel grösseren Hälfte von bekannt gewordenen Fällen der Osteomalacie, das Uebel sich nach der Geburt „des fünften Kindes zu entwickeln pflegte 96).“ Potius ex observationibus concludendum mihi videtur illud, quod praedispositio ad huncce morbum eo major sit, quo saepius citiusque femina partum absolverit, qua in re itaque magis convenio cum Clar. Busch ut et Doct. Moser 97).

---

96) Cf l. c. pag. 10.

97) »Wir müssen zwar die Zahl fünf,“ inquit Clar. Busch, »wenn Kilian's Angabe sich als richtig erweisen sollte, für eine durchaus zufällige halten, können es aber als etwas ganz »Bestimmtes ansehen, dass die Frauen, welche an der Osteomalacie »erkrankten, fast alle schon mehrere, zuweilen sogar viele Kinder »geboren hatten, dem Einflusse der Schwangerschaft oftmals unter- »worfen waren, und somit schon mehrere Male die Geburt und das »Wochenbette durchgemacht hatten; wir können auch noch hinzufü- »gen, dass da, wo die Schwangerschaften schnell hinter einander »folgten, die Osteomalacie sich am leichtesten ausbildete und am »leichtesten bis zu einem höheren Grade entwickelte. Es scheint »dieser Umstand vornehmlich darauf hinzudeuten, dass die Vor- »gänge des weiblichen Zeugungsvermögens und namentlich eine »allzugrosse Fruchtbarkeit, von wesentlichem Einflusse auf die

Exstant autem casus pauci quidem, quibus feminae quae nunquam pepererint, nihilominus morbo corripiebantur, uti patet de puella ante nonnullos dies in hospicio hujus urbis à me observata, quam, aetate 18 annorum, eo morbo correptam vidi, licet menstruationis signa hucusque non observata fuissent. Tales feminas tamen fere semper jam ante morbi originem sive venerea, sive alià dyscrasiâ correptas fuisse, atque praesertim eas vitam valde luxuriosam antea duxisse, non improbable videtur; licet tamen in casu mox memorato hac de re nil certi constare videatur; id quod etiam valere de casu à Clar. Busch ut et de eo à Ludwigio observato quidem probabilius est 98). Clar. Kilian putat, morbum, qui nonnunquam tales afficit puellas, et quoad decursum morbi et praesertim etiam quoad muta-

---

»Erzeugung der Krankheit seien, so dass diese ihrem Wesen nach innig mit derselben in Beziehung stehe.» Cf. Busch, *Geschlechtsl. d. Weib.* Th. 2. p. 475. Et eadem fere hac de re scripsit Doct. Moser. Cf. *Encyclop. Wörterb. d. Medic. Wissensch.* Bd. XXVI, p. 154.

98) In casu enim a Clar. Busch descripto, puella vix aetatem recuperat 13 annorum adeoque ut hic non cogitandum sit ad vitam luxuriosam. Cf. Busch, *Geschlechtsl. d. Weib.* Th. 2. p. 519-20. In altero casu puella nullam maculam vitae minus honestae sibi inusserat, nullaque venereae labis, vel contagii similis, indicia, nec in illa, nec in parentibus, quantum ex ejus amicis cognoscere potui, umquam deprehensa fuerant” uti inquit Ludwigijs. Cf. *Ejus Programma quo observata in sect. cadav. feminae cujus oss. emoll. erant 1757.* transl. in *Disput. ad morborum hist. et curat. facient. quas edid.* A. Hallerus, Tom. VI, p. 327. Eae puellae tamen quidem cachecticae fuisse videntur.

tiones figurae pelvis ex ea ortas, valdequam differre ab eo qui invadit feminas quae jam pepererint, et ad argumentum affert casum à Frankio commendatum; quo tamen casu non illud probari mihi videtur<sup>99</sup>). In genere tamen hoc certum habeo, quod in iis casibus quibus morbus proveniat apud feminas quae nondum pepererint, mutationes ossium pelvis multo minores sint ratione habitâ ad mutationes caeterorum ossium quam in corpore feminarum, quae jam infantes ediderant, antequam morbo correptae fuissent: — hoc etiam ex casibus a Clar. Busch et Ludwigio descriptis omnino patet. — Clar. Kilian porro testatur se nunquam morbum observasse qui post *primum* partum ortus fuerit<sup>100</sup>), cujus rei tamen in eodem illo casu Frankii exemplum constare mihi videtur, dum praeterea 3 casus à Clar. Busch descripti sententiam Clar. Kilian omnino oppugnant<sup>101</sup>).

---

99) Non video ex descriptione ejus casus Frankii (quem Clar. Kilian hic citavit) illud probari: nam non dubitandum videtur quin morbus ortus sit *post partum*, ita ut ex eo casu non probari possit, conformationem pelvis eo morbo productam, in talibus feminis quae nondum pepererint differre à conformatione pelvis earum feminarum, quae *post partum* morbo correptae fuerant. Casus ille legitur in J. P. Frank, *Dlect. Opusc. Medic.* Tom. V. p. 313-14.

100) Cf. *l. c.* pag. 9-10.

101) »Eine 28jährige Predigersfrau“ inquit Clar. Busch, »hatte einmal geboren, und von dem Wochenbette an hatte die »Krankheit« begonnen, welche endlich bis zur vollkommenen Unfähigkeit zu gehen stieg.“ e.c. — Die 23jährige Frau eines Kaufmanns hatte vor 2 Jahren ihre erste Entbindung leicht und glücklich überstanden, und im Wochenbette hatten sich die

Vitae tempore fertili ergo morbum vulgo evolvi, observatione ab omni parte probatur. Licet autem in proveciore aetate nonnunquam proveniat ossium emolli- tio (uti inter alios casus à Dav. van Gesscher de- scriptus 102) probat), exinde tamen non concludi potest casum pertinere ad Osteomalaciam, de quâ hîc est quaes- tio; nam symptomata, decursus, prima sedes, indoles, causae cet. illius morbi, revera differre videntur à phaenomenis Osteomalaciae genuinae. Porro morbus obve- nire videtur saepius in ultimis fertilitatis annis, rarius in prioribus; illud etiam probare videtur id quod diximus, scilicet: partus saepe repetitos causam primariam sistere

---

»ersten spuren des Uebels gezeigt, welches allmählig bis zu einer »bedeutenden Höhe stieg." etc. — »Die 38jährige Frau eines »Kaufmanns hatte nur einmal vor 9 Jahren ohne Schwierigkeit »geboren, aber schon von dem Wochenbette an Schmerzen und »Beschwerde die untern Extremitäten zu gebrauchen, gefühlt. »Sie hatte verschiedene Aerzte zu Rathe gezogen, und die ver- »schiedensten Curen angewendet, unter andern auch den Leberthran »gegen die angebliche Gicht, doch alles Vergebens, und als ich nun »hinzu gezogen wurde, wurde sie auf Scirrhus Recti behandelt. »Die Untersuchung ergab jedoch, dass der vermeintliche Scirrhus »Recti nur in der ungeheuren Krümmung des Kreuzbeines be- »stand, und dass ein sehr hoher Grad von Osteomalacie vorhan- »den war." etc. — Cf. Busch, *Geschlechtsl. d. Weib.* Theil II. p. 521-22. No. 2, 3. & 4.

102) Cf. David van Gesscher, *Heelkund. Waarnemingen.* transl. in *Verhandelingen van het Provinciaal Utrechtsch Genoots. v. Kunst. en Wetens.* Dl. I. p. 228, sub. tit. *Zonderlinge onttaar- ding van het beengestel, bij eene hoogbejaarde vrouw.*

ad morbi evolutionem. — In 34 casibus *bis* morbus ortus est aetate 10-20 annorum, *bis* 20-25; *quater* 25-30, *septies* 30-35, *decies* inter 35-40, *sexties* 40-45, et *semel* 45-50 aetatis annis, quod quidem quodammodo, non autem ab omni parte cum observationibus Clar. Kilian convenit 103). Numerus earum observationum vero nimis exiguus est, ut iis certa conclusio depromi posset.

#### § 24.

Feminae quae facillime et citissime partus antecedentes absolverunt, saepius morbo corripitur videntur, quam eae quae semper difficillimum partum edant.

Inter perplures casus non [unum] compertum habeo, quo partus omnes antecedentes difficulter absoluti sint.

In universum morbo corripuntur feminae, quae prosperâ gaudeant sanitate quarumque habitus et vires florentes sunt. Secundum Clar. Kilian non *nisi* ejusmodi feminae

---

103) Clar. Kilian nempe hac de re ita monet. »Aus einer sorgfältigen Zusammenstellung der bis jetzt über die allgemeine »Knochenerweichung der Frauen bekannt gewordenen Fälle, geht »als feststehende Thatsache hervor, dass dieselbe beinahe niemals »in den ersten Zwanziger Jahren, nur selten in den letzteren Zwan- »ziger Jahren, am allerhäufigsten in den Dreissiger Jahren des »Lebens sich auszubilden pflegt. In den ersten Vierzigern und »namentlich bis zum 42sten und 43sten Jahre, hat man eine nicht »unbedeutende Anzahl von Beobachtungen über die Osteomalacie »aufgezeichnet; allein auch nicht ein einziger Fall ist bekannt »geworden, wo sich das Uebel erst in den letzten Vierzigern ange- »fangen hatte zu zeigen. Cf. l. c. p. 7-8.



Osteomalaciâ corripentur 104), id quod tamen Ludwigii 105) Busch 106) Naegele 107) aliorumque observationibus non confirmatur. — „Gewöhnlich,“ inquit Clar. Kilian, „zeichneten sich auch früherhin „diese Personen durch ihre wohlgefälligen Gesichtszüge „aus 108).“ — Haec omnia igitur si vera sunt, conclusio fiat necesse erit: *feminas pulcherrimas inprimis morbo corripere*. Primo ad spectu hoc quidem mirum videtur; accuratius tamen rem contemplanti explicatio non difficilis erit. Constat enim (uti vidimus) praesertim feminas fertilissimas et facillime partum edentes, proclives esse prae aliis in Osteomalaciam; et inde ergo explicandum phaenomenon, quare pulcherrimae feminae ut plurimum morbo corripiantur. Inter pulchritudinem nimirum et fertilitatem ratio directa exstat, uti et inter pulchritudinem et decursum felicem negotii partus 109).

104) Cf. Kilian *Beytraege* etc. p. 10.

105) In casu a Ludwigio descripto, puella ex inferioris sortis hominibus nata, semper macilento et imbecilli corporis habitu praedita fuerat. Cf. *Programma citata* transl. in *Disput. ad morb. hist. et curat. fac.* edit. ab A. Hallero 1758. Tom. VI. p. 327

106) Cf. casus feminae Katharinae Kniese, a Clar. Busch descript. in *Ejus Geburtshülffliche Abhandl.* etc. Marb. 1826. p. 169.

107) Cf. Naegele *Erfahrung. und Abhandl. aus dem Gebiete der Krankheit, des Weiblichen Geschlechtes*, Manheim 1812.

108) Cf. *l. c.* p. 10.

109) Clar. Busch hac de re dicit: »Je vollkommener die wahre weibliche Schönheit ist, desto grösser ist die Fruchtbarkeit im Allgemeinen, und desto leichter wird die Schwangerschaft, die Geburt und das Wochenbett ertragen, wenn nicht seine sehr verfeinerte Lebensweise eine solche Steigerung der

## § 25.

B. *Causae occasionales.*

Inter causas occasionales primum locum occupant: *graviditas* et inprimis *puerperium*. Raro tantum offenduntur exempla, quibus morbus prodierit extra graviditatem aut puerperium. De temporis spatio autem inter partum et primum morbi vestigium, parum afferri potest, quum multi scriptores hac de re non accurate moneant; in universum tamen magis minusve constare videtur, morbum in primis 20 diebus post partum prodire et quidem saepius durante lochiorum fluxu, quâ in re etiam fere omnes convenient scriptores 110). Rarius quidem morbus durante graviditate oritur; nonnunquam autem morbus non amplius procedit, ejus symptomata magis magisque evanescent et *stasis* morbi observatur. Haec symptomata convalescentiae per plures annos nonnunquam observantur, donec nova graviditas oboriens morbi symptomata fere semper iterum provocet, dum si *stasis* ea non intret, morbus ipse semper vehementior reddatur, ita quidem ut intra breve temporis spatium saepius nunc omnia ossa afficiantur et emolliantur. Ex eo jam intelligitur primum offi-

---

receptivitat bewirkt hat, das dadurch die genannten Vorgänge keinen bedeutenden Eindruck auf das Nervensystem hervorbringen können." etc. — Cf. Busch, *Lehrbuch d. Geburtskunde*. Berlin 1842, p. 27. § 51.

110) Clar. Kilian, qui hac in re etiam consentit, hic adjungit, rarioribus illis casibus, quibus morbus provenit apud feminas quae nondum pepererint, semper prima symptomata in menstruationis periodo sese palam facere. Cf. *Ejus Beytraege* etc. p. 12.

cium Medici esse in talibus casibus feminam abhorrere à coitu 111). Nam si progrediente morbo, nova accedat graviditas, summum gradum brevi contrahit morbus quo prognosis ergo infaustissima redditur.

## § 26.

Ad causas occasionales porro referendum est refrigerium, praesertim ex aëre humido, unde derivandum illud, quod inprimis tales afficiantur feminae, quae cubiculos frigidos, humidos, et obscuros inhabitent. Illae causae vero tum maximam habere videntur efficaciam, si feminae durante fluxu lochiorum ut et mensium, iis exponantur. — Etiam aër impurus, defectus stimulorum vitalium tam externorum (uti lucis, caloris cet.) quam internorum, (uti potuum, ciborum, aliorumque) ad causas illas pertinent. Denique etiam animi affectus deprimentes, et inter eos quam maxime terror, angor, egestas, miseria, aliq. ceteris causis conjuncti, ansam certe praebent ut morbus originem habeat, id quod eo jam probatur, quod et in casu à Doct. Frank, et in duobus casibus à Clar. Kilian observatis, morbo corripentur feminae in carcere detentae. Ab iis causis tamen omnino derivare non posse mihi videor, quare morbus in nonnullis regionibus frequentius quam in aliis obveniat 112).

111) Si praeterea ad pericula attendamus, quae sequentem partum concomitentur, certe nullum officium Medici in hoc morbo majoris momenti quam illud videtur.

112) Doct. Moser hac de re ita monet: »Da die Knochenweichung der Frauen in einigen Gegenden häufiger sich zeigt, als in

## § 27.

Nonnulli Medici primarias causas Osteomalaciae universalis habent Arthritidem, Syphilitidem, Scorbutum, Scrophulosin, cet. Eas causas maximam habere efficaciam in producenda emollitione ea, quae nonnunquam apud viros feminasque non fertiles observatur, credo; — si tamen observationes Osteomalaciae colligamus, facilis erit conclusio, illas causas non adeo magni esse habendas, siquidem ex omnibus pateat, praesertim feminas perfectissima sanitate gaudentes morbo affici.

Error Medicorum, qui maximam morbi causam Arthritidem habent, forsitan eo ortus est, quod dolores, qui per longissimum temporis spatium prima indicia ossium emollitionis antecedant, semper pro arthriticis doloribus haberentur, quo etiam fiebat, ut saepius aegrotas antiarthriticis remediis curare vellent Medici: imo Doct. Conradi similitudinem eorum dolorum cum iis, qui Osteomalaciam

anderen (so ist sie in England und dem südlichen Frankreich besonders häufig), so ist es ungewiss, ob der Einfluss der hier genannten Krankheitsmomente als bedeutend angesehen werden müsse. Es scheint nicht, dass die meteorologischen Verhältnisse der einzelnen Gegenden in denen die Krankheit vorzugsweise häufig ist, allein als bedingende Momente angesehen werden können, da jene bald mehr nördlich, bald mehr südlich in der Nähe von Gewässern oder von denselben entfernt gelagert sind. Einen grösseren Einfluss muss man den terrestrischen Einflüssen und der Lebensweise zuschreiben, so wie der Beschaffenheit der genossenen Nahrungsmittel." Cf. *Encycl. Wörterb. der Med. Wissensch.* Bd. XXVI. p. 155. — In eo etiam convenit Clar. Busch. Cf. Busch *Geschlechtsl. d. Weib.* 2ter Th. p. 511.

concomitantur, hujus rei argumentum habet 113). Docuit experientia in Arthritide copiam Phosphatis Calcis in ossibus vulgo adaugeri, in Osteomalacia semper diminui. Et unde explicandum, quare morbus nunquam fere observetur extra fertilitatis aetatem, quare ille feminis sit proprius, quare fere semper post partum oriatur, quare feminae sanissimae praesertim afficiantur cet. ? Licet itaque non negandum sit, Arthritide emollitionem ossium produci posse, tamen id certum habeo, Osteomalaciam nostram vix et ne vix quidem ab Arthritide produci.

Etiam Luem Veneream non tam magni facio inter causas Osteomalaciae, quanti nonnulli voluerunt. Praeter ea, quae mox de Arthritide attuli, insuper bic oppugnant observationes quibus constat, nec ante morbi originem, nec durante ejus decursu laesiones functionum uteri, menstruationis, aut concipiendi facultatis, graviditatis aut puerperii obtinuisse. Jam vidimus e contra etiam in magnis Osteomalaciae gradibus, omnia ea fere semper optima se habere 114). Luem veneream tamen saepius causam nostri morbi esse posse, derivari potest jam ex eo, quod eae feminae praesertim, quarum systema generationis maxime irritetur, praesertim etiam morbo corripuntur, dum etiam casus à Doct. Valsalvae 115), Frank 116) aliisque

---

113) Cf. Conradi *Diss. cit.* pag. 14.

114) Cf. ea, quae leguntur § 15, pag. 23-26.

115) «Mulieri quae annum exegerat quinquagesimum, dolor abortus est ad maxillam inferiorem, cum multi interdum sanguinis fluxu adeo ut candenti ferro admoto hunc compescere cogitarent, ni per se tandem desisset. Brevis post tempore dolores ad ossa vexare mulierem coeperunt: quos cum diu pertulisset, incepit, quotiescunque movebatur, queri, omnia sibi ossa frangi;

descripti, satis probant emollitionem omnium ossium ex venerea labe oriri posse. — Quoad causam scorbuticam haec eadem valere videntur. Licet enim verum sit quod Clar. Soemmeringius 117), de Fremerij 118), aliique testarunt, nempe ossa ex scorbutica causa emolliiri posse, tamen vix unquam Scorbutus causa fuisse videtur Osteomalaciae. — Si verum foret sententia Doct. Frank, qui Osteomalaciam morbum esse statuit cum Rhachitide identicum, tunc certe causam scrophulosam maximi haberemus; attamen quum non consentio cum iis, qui hanc identitatem statuunt, quum porro rariores sunt casus quibus certe patet Scrophulosin fuisse causam, eam non tam magni habere possum. Exstant tamen casus, quibus feminae scrophulosae morbo corripiebantur, inter quos tantum nomino casum à Doct. Kottmann obser-

---

»et sane qui aderant, tunc crepitum ad articulos audiebant. Ad  
 »haec illud postea accessit, ut inferiorum artuum ossa flecti coe-  
 »perint, quasi essent cerea, et ad levem etiam motum dolere,  
 »Mortuae demum inventa sunt ossa innominata, femoris, tibiae,  
 »et quae cranii fornicem efficiunt, non secus ac si ex crassiore  
 »papyro essent, flexibilis; superficie autem spongiosa erant; ad  
 »medullium vero quibusdam locis cariota." Cf. J. Baptistae  
 Morgagni *De sedib. et causis morborum*. Lib. IV, Epist. LVIII,  
 No. 4.

116) Cf. *Delect. Opusc. Medic.* Tom. V. p. 313.

117) Soemmeringius jam dicit: »Nec minus proprio modo ossa Scorbutus corrumpit. Mollia, spongiosa fiunt, quin sponte hoc loco in cartilagosam massam soluta, franguntur." Cf. Ejus op: *de Corporis humani fabrica*. Tom. I. § I. XXX, pag. 88.

118) Cf. N. C. de Fremerij, *Diss. de mutation. figurae pelvis, praes. de iis, quae ex ossium emollitione oriuntur*. Lugd. Bat. 1793. § XXXVIII. p. 56.

vatum, ubi femina multa habebat ulcera scrophulosa 119).  
 Clar. Busch casum narrat cujusdam puellae scrophu-  
 losae 13 annorum, quae Osteomalaciâ corripiebatur 120).

---

119) Cf. *Journal für Geburtshülfe* etc. edit. a. von Siebold.  
 Bd. III. p. 306.

120) Cf. Busch *Geschlechtl. d. Weib.* Th. II. p. 519-20.

## C A P U T V.

### DE INDOLE MORBI.

#### § 28.

**O**mnes qui de Osteomalacia scripserunt, summâ cura determinare conati sunt causam proximam et indolem illius morbi. Quum autem haec indagatio summis tenebris prematur, factum est, ut tot fere ortae sint hypotheses, quot fuerunt scriptores. Inter antiquiores praesertim cognitae sunt hypotheses Morandii (121), Ludovici (122), Hunteri (123), Morgagni (124), Herisantis (125), Jaeger (126) pluriumque aliorum, quarum plures commemoravit Doct. Conradi (127), simul con-

---

121) Cf. *Histoire et Memoires de l'Acad. Royal. d. Scienc.* 1753. p. 541, seq.

122) Cf. *op. cit.* p. 447.

123) Cf. *Journal de Medicine.* p. 459.

124) Cf. *l. c.* Epist. LVIII et LXVIII.

125) Cf. *Memoires* 1758. p. 322 et 419 seq.

126) Cf. *Ejus Diss. Acid. Phosph. tamquam morb. quorundam causam proponens.* Stuttg. 1794.

127) Cf. *l. c.* p. 17-20.



tra eas varia opponens argumenta. Mihi non proposui eas omnes hic commemorare et opponere, nec veterioris, nec recentioris temporis; sed breviter hic respondebo ad questionem, an Osteomalacia sit morbus cum Rhachitide identicus, et quaenam hypothesis inter omnes mihi videatur maxime probabilis.

§ 29.

J. Hunterus primus fuit, qui inter Osteomalaciam et Rhachitidem magnam inveniri dixerit analogiam, ita ut crediderit apud adultos, eo morbo rhachitico affectos, emollitionem ad majorem pervenire gradum, et ossa tendinum ad instar flexibilia fieri ex defectu terrae calcariae; dum apud infantes semper terreneae partes remanent, quo certo gradu formam suam non amittunt ossa 128). J. P. Frank magis adhuc rem extendit, nullam, uti videtur, differentiam videns inter Osteomalaciam et Rhachitidem, quare primum morbum etiam descripsit nomine „*Rhachitis adultorum*.” 129). Etiam du Verney eandem sententiam habuisse videtur 130). — Si tamen accuratius utrumque inter se comparemus morbum, non dubitandum videtur, quin inter eos magna exstet differentia; si enim aetatem quâ illi morbi proveniant, et symptomata, causas, sedem, signa anatomico-pathologica cet. utrius-

---

128) Cf. *Journal de Medicin. de Londres* 1767. Pars I. et J. P. Frank, *Dissert. de Rhachit. acut. et adultorum*. Lipsiae in *Ejus Delect. opusc. medicorum*. Tom. V. p. 313.

129) Cf. *opus. cit.* p. 312.

130) Cf. du Verney, *Over de Gebrcken der Beenderen*, vertaald door M. Houttuyn, 1756. 2de Dl. p. 251.

que morbi computemus, mox magnam observabimus discrepantiam.

A. Quoad *aetatem* quâ illi morbi obveniant:

Ex observationibus constat Osteomalaciam semper obvenire in feminis *adultis*, et non dubitandum quin adsit nexus quidam systematis generationis inter et morbum illum; — Rhachitis tamen est morbus aetati *puerili* proprius. Si vero contra illud dictum casus afferantur, quibus emollitio ossium ante pubertatis aetatem jam observaretur, respondendum erit, eos casus saepe ad Osteomalaciam nostram non pertinere, quod cuivis satis patebit, qui attentâ mente ejusmodi casus comparet cum nostro morbo. Si vero alii afferunt, ex variâ aetate quâ morbi obveniant, non ad differentiam eos morbos inter concludi posse, — tunc respondebimus, id certe fieri posse, si unus alterve eorum morborum cum systemate quodam, in hac illave aetate praevaescente, maxime cohaereat, uti in Osteomalacia nostra obtinet cum systemate generationis. Recte etiam hanc ob rem Doct. Moser: „Eben „so wenig,“ inquit, „wie man die nervösen Zufälle junger „Mädchen für hysterische ansehen darf, wird man die „Rhachitis junger Mädchen als Knochenerweichung dar- „thun dürfen.“ 131).

B. Quoad *symptomata*: constat dolores illos, vehementissimos, arthricos, perforantes et pungentes, qui semper in Osteomalaciae decursu observantur, in Rhachitide vulgo deesse; dum ab altera parte raro vel unquam vix ullum scrophuloseos symptoma aliave quae Rhachiti-

---

131) Cf. *Encyclop. Wörterb. d. Med. Wissensch.* Bd. XXVI. p. 173.

dem semper antecedunt, ante Osteomalaciae eruptionem observari posset. Etiam abbreviatio ossium, licet quidem vario in gradu, semper tamen in Osteomalacia, nunquam e contra in Rhachitide observatur, quod etiam Doct. Hesse 132) non omisit, qui ceteroquin nullam observasse videtur differentiam inter eos morbos.

C. Quoad causas:

Ad primarias causas Osteomalaciae tam praedisponentes, quam occasionales, pertinent graviditas et puerperium; — hocce morbo praesertim corripiuntur feminae sanae, optime evolutae et robustae; — porro et animi affectiones deprimentes, et refrigerium et stimulorum vitalium defectus ad causas Osteomalaciae pertinent, quarum autem nullam, nisi ulteriorem causam habere possimus Rhachitidis. — Infantes qui eo morbo corripiuntur sunt debilissimi, et apud eos semper, jam ante morbi praesentiam, symptomata cujusdam affectionis totius Organismi sese palam fecerunt.

D. Quoad oriundi locum: Osteomalaciâ semper primo afficiuntur ossa pelvis, ut et inferior vertebrarum columnae pars, ideo semper hae partes inprimis emolliuntur et difformantur; Rhachitide autem primo affici videntur ossa capitis ut et extremitatum, dum saepe gradu satis magno adest morbus, absque ullis indicis cujusdam pelvis difformationis. — Ad differentiam ex oriundi loco diverso maxime attendit Clar. Kilian: „Dieses höchst merkwürdiger Verhältniss“ inquit „aus „welchen wir ersehen, wie es namentlich gerade die

---

132) Cf. Hesse, *Ueber die Erweichung der Gewebe u. Organe d. menschl. Korp.* p. 145.

„zwei Endpuncte der Columna vertebralis sind, in  
 „welchen sich diese beiden, sich in so fernen Lebens-  
 „perioden, und unter so verschiedenen Erscheinungen  
 „entwickelnden Krankheitsformen erzeugen und fortpflan-  
 „zen, möge von dem Physiologen und dem Pathologen  
 „doch ja genau in 's Auge gefasst werden: Sie ist es  
 „hauptsächlich, von welcher vieler Ausschluss erwartet  
 „werden kann" 133). — Secundum Clar. Busch ut et  
 Doct. Moser, in Rhachitide insuper inprimis afficiuntur  
 Epiphyses, — in Osteomalacia e contra Diaphyses  
 ossium cylindraceorum 134).

E. Quoad signa anatomico-pathologica :

Sectiones cadaverum etiam magnam demonstrarunt  
 differentiam. Nam praeter abbreviationem illam Osteomala-  
 ciae propriam, de quo supra est dictum, in eo morbo emollitio  
 longe superiorem attingit gradum quam in Rhachitide,  
 „quodque in eo morbo" inquit Clar. de Fremerij, „nunquam  
 „inveniri ceream emollitionem, sententia jam erat auctoris,  
 „qui primo de hoc morbo scripsit, Glissonii" 135).  
 Ossa ex rhachitica causa emollita, semper in cartilagi-  
 neam massam mutata sunt inventa, dum Osteomalaciã  
 ipsa mutantur in membranosum quasi tubulum, fluido  
 quodam sanguineo, oleoso, vel melligeno, fusco-flavescente  
 colorato, repletum. In ossibus ex Osteomalacia emolli-  
 tis, signa semper adsunt magni irritationis gradus (vaso-  
 rum multiplicatio in periosteo aliaque), non ita in Rha-

133) Cf. *Ejus l. c.* p. 8

134) Cf. *Encyclop. Wörterb. d. Med. Wissensch.* Bd. XXVI.  
 p. 174. — Busch *Geschlechtsl. d. Weib.* Th. II.

135) Cf. N. C. de Fremerij, *Diss. cit.* p. 30. — Van  
 Swieten, *Comment. in Boerhaviai Aphorism.* Tom. V, p. 600.

chitide. Infantes rhachitici semper habent cutem teneriniam, per quam sanguis transparet, in feminis autem Osteomalaciâ correptis cutis valde crassa est et contracta, magisque dura. cet.

F. Denique quoad *prognosis* et *curationem*, valde etiam differunt morbi. *Prognosis* in Osteomalacia infaustissima est, casu felicissimo progressus morbi cobibentur, sed vera curatio vix unquam sequitur, siquidem semper remaneat praedispositio ad eum morbum adeo expressa, ut vulgo levissimâ etiam causâ de novo majorique vi incipiat. — *Prognosis* e contra in Rhachitide fausta fere semper est, et curatio vulgo facile obtinet. Omnia illa remedia anti-scrofulosa, quae adeo excellant in Rhachitide, in Osteomalacia autem, — quidquid hac de re nonnulli etiam dixerint, — teste experientia, parum modo juvare videntur.

Si itaque omnia ea colligamus, non amplius dubitandum mihi videtur de differentia notabili inter Osteomalaciam et Rhachitidem. Quidquid saltem alii Medici de magna convenientia, ut et de identitate utriusque morbi scripserint, consentio cum Clar. Lobstein quum dicit: „Ich kann es nicht bergen, dass ich nicht geneigt bin, „dieser Ansicht beizutreten“ 136).

### § 30.

Nonnulli scriptores indolem Osteomalaciae in pravâ nutritione ossium sitam esse statuunt; facile tamen quisque intelligit, ex prava nutritione non satis declarari morbi indolem. In hocce morbo pravam nutritionem

---

136) Cf. Lobstein, *op. cit.* Bd. II, p. 172.

ossium obtinere, non est quod dubitemus: nam indagatio-  
nes chemicae docuerunt, substantiarum terrenarum quan-  
tatem in ossibus eo morbo diminui; et haec diminutio  
certe producitur vel auctà absorptione, vel imminutà  
appositione, vel utrâque causâ simul. Haec omnia autem  
non sufficere ad indolem morbi declarandam, facile jam  
intelligitur, si tantum cogitemus in Rhachitide idem illud  
obtinere, et praeterea nonnisi feminas et quidem sanis-  
simas optimeque nutritas Osteomalaciâ corripì. Hic enu-  
merare omnes hypotheses quae de indole prolatae sunt,  
non possum, sed breviter communicabo eam hypothesin  
quae mihi maxime omnium arridet et sufficiens videtur,  
sententiam volo viri Doct. Moser.

Ille vir Doct. enim sequenti modo monet: „Wir  
„sehen“ inquit „das Wesen der Knochenerweichung der  
„Frauen als eine durch ein anomal auf das Knochen-  
„system reizend einwirkendes Geschlechtsvermögen be-  
„dingte Reizung an, durch welche Reizung und durch die  
„hierdurch zu dem Knochensystem hingeleitete ander-  
„weitige Krankheitsstoffe, die Knochen eine krankhafte  
„Beschaffenheit und Form annehmen“ 137). Primo loco  
Doct. Moser itaque in hac sua hypothesi supponit,  
quamdam vim inesse systemati generationis ad morbum  
producendum; et secundo loco, ejus systematis vim habet  
quamdam irritationem; — quibus in rebus maxime cum  
illo viro Doct. consentiendum mihi videtur, quum non  
desunt argumenta, quibus haec sententia probetur:

1<sup>o</sup>. enim morbus solummodo feminis est proprius.

---

137) Cf. *Encyclop. Wörterb. d. Med. Wissensch.* Bd. XXVI.  
p. 177.

2°. Nunquam fere Osteomalacia ante fertilitatis aetatem vel post eam oritur.

3°. Morbo praesertim eae feminae corripiuntur, quae magnum in lucem ediderunt infantum numerum.

4°. Prima morbi symptomata fere semper durante graviditate vel puerperio sese palam faciunt, dum si morbus apud tales feminas, quae nondum pepererint, sit observatus, prima sua symptomata menstruationis tempore proferret (138).

5°. Si (uti nonnunquam fit) stasis morbi obtineat, nova graviditate aborta iterum semper de novo quasi incipit morbus, et multo vehementiora redduntur symptomata.

6°. denique, sedes morbi est in pelvi, cujusque partis ossa nonnunquam valde mutari affectione quadam systematis generationis, experientia saepius docuit (139).

Ex hisce satis constare videtur, non absque omni jure cum Doct. Moser accipiendam esse quamdam vim, sitam in systemate generationis. Nunc tamen porro

138) Cf. Kilia n, *Beytraege* etc. p. 12.

139) Ex sequeotibus hoc jam probari videtur:

1°. Ex sententia Dupuytren ossa omnium feminarum, quae Carcinomate uteri passae sunt, valde mutantur et maxime fragilia redduntur.

2°. Pelvis feminea formam suam peculiarem, ab ea virorum pelvium maxime diversam, tunc temporis acquirit, quando systema generationis maxime evolvitur, itaque ineunte pubertatis aetate. — (N. C. de Framerij. *l. c.* — Moser, *l. c.* p. 176).

3°. In graviditate pelvis ossa fiunt fortiora et crassiora, eorumque conjunctiones debiliores redduntur, ita ut nonnunquam quaedam mobilitas ossium oritur (Moser p. 176) cct.

probandum restat, illa vi ossa irritari, eamque vim ipsam esse irritationem.

### § 31.

Patet jam ex antecedentibus, nostrum morbum semper evolvi quando systema generationis versetur statu magis minusve irritato, v. c. durante menstruationis periodo (licet rarius), et saepius durante graviditate et lochiorum effluxu. Vidimus jam antea quamnam vim excerceat irritatio, v. c. graviditatis, in hujus morbi progressus; vidimus etiam morbum praesertim tales corripientem feminas, quarum systema generationis saepius irritatione fuit obnoxium; vidimus porro in decursu morbi nunquam laesiones in systemate generationis obvenire, imo consentiendum esse verbis: „Dass das Leben des Uterus,“ quae inquit Clar. Kilian „nicht nur nicht im fernsten „gestört wird, sondern im gegentheile sich kräftiger als „je entfaltet, und hiervon auch das gültigste Zeugnis „in den wichtigsten Augenblicken seiner Verrichtung ab- „legt 140),“ ex quibus omnibus jam quâdam cum certitudine concludi potest ad vim irritantem illius systematis.

Et revera si rite attendamus ad symptomata morbi, ad signa anatomico-pathologica in ossibus observata, cet. etiam in iis irritationis signa observabimus; nam:

1°. Semper emollitionem ossium antecedunt dolores vehementes, pungentes, ardentis.

2°. Nonnunquam partes circumjacentes intumescunt et rubescunt, uti optime mihi patuit de extremitatis ei-

---

140) Cf. Kilian *l. c.* p. 16.



nistrae inferioris partibus, in puella de quâ jam antea memoravi, id quod etiam ab aliis observatum fuit 141).

3°. Quum observationibus constet ex subinflammatoria conditione periostei nonnunquam produci emolli-tionem ossium 142), forsân idem etiam statuendum est de irritatione ejusdem membrani.

4°. Aucta densitas periostei ejusque color ruberior, uti et vasorum sanguiferorum major numerus, tam in periosteo quam in ossium substantia ipsa, cet., haec omnia irritatam conditionem illarum partium certe probant.

5°. Licet de curatione morbi hucusque parum constet, tamen abstinentia omnium eorum quae irritant, pediluvia salina, ususque Calomelanos cum Opio à multis Medicis optime habentur 143). Ex ejusmodi argumentis ad irri-

---

141) Sic inter alios Morandius ita narrat: »Les mains qui étoient sèches dans le temps des grandes douleurs, sont toujours enflées, et sont d'une si grande sensibilité, qu'elles supportent avec peine le contact du drap: la main droite, qui est à quelques égards moins contrainte et moins gênée que la gauche, est, toutes choses égales, plus douloureuse. Les douleurs sont plus constamment fixes aux genoux que partout; elles augmentent quelquefois en proportion de la rougeur et de l'enflure.» Cf. *Memoires de l'Acad. Roy. d. Sciences etc.* 1764. p. 209-210.

142) Hoc inter alia exempla probant duo casus, quos descripsit van der Haar in *Samml. auserl. Abhandl. etc.* 3ter Theil p. 486-492.

143) Cf. Moser in *Enc. Wörterb. d. med. Wissensch.* Bd. XXVI, p. 182. — Cumin, in *Encycl. der Pract. Medicin.* 9e Lief. Art. *Rhachitis adultorum.* — Schmidt, *Encycl. d. Gesammt. Medic.* IVter Bd, p. 192. — Busch, *Geschlechtsl. des Weib.* Th. II, p. 516. — aliique.

tationem ossium concludere incongruum non apparet. Et istam irritationem insequitur sponte nutritionis depravatio; quo autem haec constet, hucusque rite indicari non potest. Dicamus ergo etiam hac de re: „Multum adhuc „restat operis, multumque restabit; nec ulli nato post „mille secula praecludetur occasio aliquid adhuc adji- „ciendi” 144). Qui scriptores de emollitione ossium in genere scripserint, ut et qui Rhachitidem et Osteomalaciam identicos vel similes morbos habuerint, fere omnes causam proximam emollitionis posuerunt in nimia productione cujusdam acidi, et quidem phosphorici. At tamen si argumenta quibus hanc sententiam probare conentur recenseamus, facile elucescit ea partim quidem valere de rhachitica emollitione, non autem de Osteomalacia, quod inter alia satis probatur iis quae affert Doct. Keller 145). In universum non video unum afferri posse argumentum stabile, quo pateret jure statutum fuisse à Pathologis quibusdam, causam Osteomalaciae feminarum proximam sitam esse in acidi cujusdam praesentia abnormali. Antequam autem finem imponam huic capiti, non possum quin mea faciam verba Doct. Hesse, quum ait: „Müchten Alle, welche diese Untersuchungen fortsetzen, „von der Ueberzeugung sich leiten lassen, dass es für „jetzt heilsamer ist, die Erweichung in allen ihren Er- „scheinungen kennen zu lernen, als durch übereilte The- „orien Licht darüber verbreiten zu wollen” 146).

144) Cf. Seneca, Epist. LXIV.

145) Cf. Keller, *Quaestiones Medicae* — Quaest. prima: de ossium emollitione morbosa. Lugd. Bat. 1816. § XI p. 10 seq.

146) Cf. Hesse, *Ueber die Erweichung d. Geweb. u. Organ. des menschl. Körpers.* p. 219.

## C A P U T VI.

### P R O G N O S I S.

#### § 32.

**M**ors hoc in morbo rarius obtinet ex ipsius morbi vi, sed pluries ex ejus effectibus, scilicet ex difformacione ossium, inprimis eorum, quae cavitates tales constituent, quales organa includant ad vitam sustinendam pernecessaria. Ex inde jam sequitur prognosin faustiozem esse si solummodo pelvis ossa emollita sint, pejorem si etiam vertebrae affectae observentur, ut et ossa quae pectoris cavitatem constituent, quia tunc semper laesiones adducantur functionibus medullae spinalis, cordis, pulmonum aliorumque organorum.

Differt porro prognosin secundum emollitionis gradum, et quidem pro parte eo, quoniam incurvationes et difformaciones, ut et etiam nonnunquam fracturae iteratae ossium, cum eorum mollitie progrediantur, et pro parte etiam eo, quoniam inter emollitionis statum et conditionem universalem feminae ratio directa observetur. Recte Doct. Conradi: „Si omnia” inquit „corporis ossa in-  
„curvata et mollia sint, uti in laudatissimo illo feminae

„*Sapiot* exemplo, omnis recuperandae sanitatis spes „prorsus evanuit. 147).“

§ 33.

Quoad prognosin, quae spectat curationem, facile infausta haec dici potest. — Nam primo vera curatio, quâ peractâ omnes functiones rite iterum absolvantur, omnesque facultates tales restituantur, quales antea fuerint, talis curatio vix unquam obtinuit. Inde etiam factum est ut multi Medici eam non vocent *curationem*, sed potius *stasin* morbi. „Eine so vollkommene Heilung im ersten Falle“ inquit Clar. Busch, „dass die Frau durch eine nachfolgende „Schwangerschaft nicht weiter gefährdet werde, gelingt „selten, wohl aber darf man hoffen, die Gesundheit insoweit „wieder herzustellen, dass, wenn nicht schädliche Ursachen einwirken, die Kranke durch keine weiteren Krankheitserscheinungen belastigt wird“ 148). — Secundo: etiamsi morbi symptomata magis magisque decrescant, ossaque anteriorem durtiem recuperent, tamen vulgo tales remanent difformations, quales mortem saepissime inducunt. — Denique tertio: post morbi curationem magis minusve felicem, praedispositio tanta autem relinquatur, ut levissima imo causa saepius sufficiens sit ad reproducendum morbum; tunc autem vulgo majore vi progreditur. Semper itaque in ejusmodi casibus morbus noster habendus est hostis dormiens, qui, si somno suscitetur,

147) Cf. Conradi *Diss. de Osteomalacia*. § 30. p. 23.

148) Cf. Busch, *Geschlechtsl. d. Weib*. Th. II. §262. p.513.

viribus restauratis de novo progrediatur et difficillime à Medico vincatur.

§ 34.

Praesertim tum prognosis est infausta, si durante stasi aut durante decursu morbi, de novo obtineat graviditas; et hoc quidem fit partim eo, quia morbus nunc vel de novo excitetur, vel ad gradum longe vebementiorem evolvatur; et partim eo, quia ob pelvis coarctationem partus semper difficilis est, saepiusque tantum instrumentorum secantium ope absolvi potest, quod si fieri debeat, omni spe boni excessus fere depravata est infelix<sup>149)</sup>. — Sed et talibus in casibus prognosin tamen non

149) Recte hac de re Clar. Kilian: »Erfolgt'' inquit »nach »der eingetretenen Osteomalacie keine neue Schwangerschaft, und »lebt die Kranke nicht in allzuungünstigen Lebensverhältnissen, »namentlich aber befindet sie sich in einer trockenen, hellen, »der Mittagssonne ausgesetzten Wohnung so ist es im höchsten »Grade wahrscheinlich, dass die Osteomalacie nach und nach in »ihrer Ausbreitung beschränkt werden, und einen wahren und »dauernden Stillstand machen werde. — Tritt aber nun von neuem »eine Schwangerschaft ein, so werden alle Hoffnungen, welche »man mit Recht nahren zu können glaubte, mit einem Male ver- »nichtet, das schlummernde Uebel wird mit erneuter Wuth los- »brechen, und je näher das Ende der Schwangerschaft rückt, um »so deutlicher zeigen sich die Spuren davon: die Schmerzen die »man für immer beschwichtigt glaubte, kehren von neuem wieder, »dieselbe Hülfflosigkeit in den Bewegungen erfolgt und zeigt nur »zu deutlich dem Aerzte, dass die Krankheit von neuem begonnen »hat. Dieses jedoch sind nur die Vorläufer grösserer Leiden, »welche in dem Wochenbette erfolgen werden, denn die grössten »Verheerungen der Osteomalacie finden unbestreitbar während

plane desperatam esse, inter alios maxime probatur casu quodam, quem descripsit Doct. J. H. Schenk, ubi narratur, sex infantibus a femina per viam naturalem in lucem editis, septimum tamen infantem ob pelvis coarctationem ex Osteomalacia ortam, sectionis caesareae ope ex utero remotum fuisse, et dein nova iterum graviditate abortâ, octavum infantem per ruptum uterum in abdominis cavum expulsum fuisse: Laparotomia instituebatur et quidem iterum bono cum successu 150).

### § 35.

Ratione ea, quâ in universum durante morbi decursu symptomata morbi increscant, etiam prognoseos conditio ceteroquin habetur. Nulla autem vitae spes superest, si febris hectica ut et colliquationis signa observentur, tunc enim miseriarum termino proxima est aegrotâ, et quâ terminus inducitur mors avide ab infelici flagitatur.

»derselben statt.“ — Et porro: »Bei den höchsten Graden von »Missbildung des Beckens durch die Osteomalacie, bleibt wenn »die Frauen schwanger werden und der Zeitpunkt der Geburt »herannaht, kein anderes Mittel zu ihrer Entbindung übrig, als »der Kaiserschnitt. In den bei weiten meisten Fällen jedoch, »zu welchen man zu dieser ohnehin so höchst gefährvollen Opera- »tion, zu diesem letzten von der Pflicht gebotenen Versuche das »kummervolle Daseyn zu fristen, seine Zuflucht nahm, wurde das »mutterliche Leben das schleunige Opfer desselben, weshalb man »wohl auch in solchen Fällen die Prognose nie anders als höchst »ungünstig und zweifelhaft stellen kann.“ Cf. l. c. p. 15 et p. 21.

150) Cf. de eo casu maxime memorabili, *Journal für Geburtshilfe* etc edit. a von Siebold. Bd. V. Stück III. p. 461 et Bd. VI. Stück II. p. 377 seq.

## C A P U T VII.

### DE CURATIONE MORBI.

#### § 36.

Curatio Osteomalaciae (uti jam est dictum) difficillime tantum perfici potest, et pauca hucusque exempla exstant, quibus remedia utilia se praestiterint. Cogniti quidem sunt casus quibus curatio, vel potius, quibus sub usu Alcaliorum vel Acidorum aliorumque remediorum stasis morbi adduceretur, verum longe plures sunt casus, quibus nil effecerint remedia. Quaestio itaque semper est, num quidem curatio eorum medicamentorum usu peracta sit, an potius vi medicatrici Naturae ipsâ. Posterior opinio veritati non absimilis videtur, siquidem, adhibitâ medicamentorum quâdam copiâ, nobis non liceat statuere: *post hoc ergo propter hoc*. Et insuper, si medicamenti adscribere vim insignem nobis ratum videatur, quomodo tum, rogo, si solummodo ad duas remediorum classes mox allatas attendamus, a se invicem in proprietatibus tantum diversas, quomodo inquam, eorum actiones ad curationem perficiendam explicare posse-

mus? 151). — Clar. Kilia n omnibus casibus quibus curatio secuta est, eam tantum adscribit vi medicatrici Naturae, imo statuit, nil boni hucusque efficisse hac in re artem nostram, salutiferam in universum. „Hartnäckig,” inquit „hat sie sich stets allen Versuchen entgegengestemmt, „und die hippocratische Kunst, und das eifrigste Bestreben ihrer Priester verhöhnt, denn in jenen nicht gar „seltenen Fällen, wo nach einmal eingetretener Osteomalacie keine neue Schwangerschaften erfolgten, welches „die Hauptbedingung zum Stillestehen der Krankheit ist, „erfolgte dieses lediglich und ganz allein, ohne allen „ärztlichen Beistand, durch die heilende Kraft der Natur, „und unter Mitwirkung günstiger äusserer Verhältnisse, „vorzüglich aber einer trockenen Behausung und einer „kräftigen, jedoch leicht verdaulichen Nahrung.” 152). Quum tamen permultis in casibus ante curationem et durante ea varia remedia adhibuerunt Medici, ideo non certe constare mihi videtur illud, quod vult vir ille Clarissimus, scilicet: *semper* in felicibus casibus omnia et

---

151) »Die Alkalien“ inquit Clar. Busch »hat man, indem man sich auf chemische Theorien stützte, empfohlen, und glaubte hierdurch das zur Saurebildung hinneigende Knochengewebe zu verbessern; wenn uns nun auch die Aqua Calcis in einigen Fällen sehr gute Dienste geleistet hat, so zeigten sich uns doch häufiger die Säuren sehr zweckmässig, so dass wenigstens die chemische Wirksamkeit der Aqua Calcis bestritten werden muss; sie kann nur wo eine Saure in den ersten Wegen sich befindet, palliativ Linderung gewahren und durch Verbesserung der Verdauung günstig auf den Organismus einwirken.“ Cf. Busch, *Geschlechtsl. d. Weib.* Th. II. p. 517.

152) Cf. *l. c.* p. 20.



unice tribuenda esse vi medicatrici Naturae, *nil* autem perpetrasse Medicorum auxilium et operam.

§ 37.

Quum multi uti vidimus Medici majorem minoremve similitudinem Rhachitidem inter et Osteomalaciam statuerint, inde factum est, ut etiam hoc in morbo varia adhiberentur remedia antirhachitica 153). Quum tamen, me judice, et ex opinione antecessorum praeclarorum, multo inter se differat uterque morbus, jam a priori statuerem, methodum illam curandi parum utilitatis hic praestituram esse. Sed et revera docuit experientia antirhachitica saepius nil hic efficere. Amplius itaque disserere de illis medicamentis adhibendis, non opus erit. Sed varii Medici de uno medicamento inter illa praesertim disserunt, statuuntque in Osteomalaciae curâ hoc utilissimum esse remedium, puto Oleum Jecoris Aselli. Revera etiam exstare videntur casus, quibus Oleum illud aliquid juvasse dici debet 154), sed quoniam multis in casibus ab aliis Me-

---

153) Cf. Franc. Keller, *Quaestiones Med. inaug.* Lugd. Bat. 1816. 4o. Quaest. prima. *De ossium emolitione morbosa.* p. 18-20.

154) Sic Doct. J. H. Schenck inter alios talem casum narrat:  
 »Des J. H. Ehefrau von S. bei Siegen, eine schwächliche (von  
 »Jugend auf gegen den Eindruck der Kalte und Feuchtigkeit  
 »krankhaft empfangliche und immer zu Rheumatismen geneigt  
 »gewesene) Weibsperson von 36 Jahren, wurde im Frühjahr 1819  
 »(im letzten Wochenbett) von Gliederschmerzen ergriffen, die  
 »sich nach dem Gebrauche schweisstreibender Mittel zwar im  
 »Allgemeinen wieder verloren, aber desto heftiger im Kreuze  
 »concentrirten. Hier widerstanden sie auf das Hartnäckigste eine

dicis observatis (inter quos solummodo varios eos nomino à Clar. Busch observatos 155), nil efficiebat illud

»Menge von Aerzten und Nichtärzten verordneter Mittel. Sie musste ganz krumm gebückt liegen oder sitzen, und konnte von Schmerzen keinen Fuss bewegen, dabei waren ihre Beine kalt und taub. Aller nachtllichen Ruhe beraubt, kam sie ganz von Kräften und zehrte bis auf Haut und Knochen ab.

»Im October 1820 schritt sie in dieser traurigen Lage zum Gebrauche des Lebertheins und nahm 3 mal des Tages einen Löffel voll davon ein. Anfangs wurde sie davon gelinde abgeführt, hernach empfand sie davon eine angenehme Wärme des ganzen Körpers, welcher bald eine gelinde Ausdunstung folgte.

»Nach Verlauf von drei Wochen verminderten sich schon die Kreuzschmerzen, und nach sechs Wochen stellte sich wieder Wärme und erhöhtes Gefühl in den unteren Extremitäten ein; sie war ganz wieder im Stande sich aufzurichten und gestützt an die Wände in der Stube herumzugehen. Zugleich erholte sie sich an Fleisch und Kräften sichtbar. Ihre monatliche Periode floss unter dem Gebrauche des Theins regelmässig, und sie bemerkte keine widernatürliche Vermehrung derselben. — Im Frühjahr 1821 war sie wieder so vollkommen hergestellt, dass sie ihren Garten graben und Alles darin mit eigener Hand bestellen konnte, seitdem ist sie auch gesund geblieben, nur geht sie zum Merkmal ihres Uebels noch etwas gekümmert einher.“ — Cf. Hufeland, *Journal* etc. Decemberstück No. II, p. 42, quo plura haec de re leguntur casus.

Eo casu revera existisse Osteomalaciam probatur ex peculiari pelvis difformitate, quam ob rem anno 1823 Sec.io Caesarea instituebatur. Cf. J. H. Schenck in *Journal für Geburtshülfe* etc. von El. von Siebold Bd. V. St. III, p. 461-609. Cf. porro quod scripsit idem Auctor in Bd. VI, p. 396 ubi de partu 8vo ejusdem feminae narrat oleique usum summopere commendat.

155) Cl. Busch plura exempla attulit, quibus Oleum Jecor. nil juvasse videtur. Cf. *Geschichtsl. d. Weib.* Th. II, p. 519-26. No. 2, 3, 4 et 12.

medicamentum, etiam de ejus vi in Osteomalaciâ curandâ dubitandum mihi videtur, saltem non cum iis consentiendum esse puto, qui tamquam specificum remedium habuerint Oleum Jecoris. Doct. van Camp aliique Oleo illi adscribunt proprietatem emolliendi ossa 155\*).

§ 38.

Omnes fere scriptores qui recentiore tempore egerint de Osteomalaciae curatione, monuerunt et laudaverunt methodum, quam adhibere solet Clar. Busch, quamque igitur concinne hic proferre non inutile duxi.

In primo stadio nempe, puerperio absoluto, danda sunt Salia resolventia, uti Tartr. Potass, Acet. Potass. etc. commixta extractibus resolventibus, uti Extract. Taraxaci, — Graminis, — Gentianae, cet. Iis remediis vulgo symptomata febrilia, quae initio nonnunquam observantur, evanescent. Dein uti oportet aegrotam Calomelane cum Opio (gr. II Calom. cum  $\frac{1}{4}$ - $\frac{1}{2}$  gr. Opii) bis vel ter de die, et quidem per 10 dies; si tamen jam ante decimum diem incipientis salivationis indicia oboriantur, ab iis medicamentis mox abstinendum est, et danda iterum sunt resolventia, durante duobus hebdomadibus. Illo temporis spatio praeterlapso, de novo detur Calomel cum Opio per 10 dies, nisi ante decimum diem salivationis symptomata iterum prodeant. Tempore illo absoluto, refugiendum est de novo ad resolventia. Sic agatur donec dolores minores minoresque reddantur, id quod saepe jam fit si

155\*) Cf. Boerhaave, *Tijdschrift voor Genees-, Heel-, Verlos- en Artsenijmengkunde*, door G. C. van de Kastele en L. S. A. Holtrop. Amsterd. 2de Jaarg. 6de Aflev. Dec. 1842 p. 285, Pl. X en XI.

bis vel ter Calomelane usa fuerit aegra. Durante illorum medicamentorum usu simul adhibeantur balnea calida, salina, composita ex Lib. III vel IV Salis culinariae, alterno die; vel etiam si fieri possit balnea marina.

Dein utatur femina Acido Phosphorico et continuet cum balneis, dum Medici est monere feminam ut à coitu absteineat, graviditatemque funestam sic praecaveat. — Medicum, si advenit morbo jam in secundum stadium perducto, Calomel praescribere non oportet. Eo tempore non solum caveat aegrotans ne nova oriatur graviditas, verum etiam a lactatione absteineat. Interne nunc dentur resolventia, ut sic obstructions abdominales solvantur, symptomataque febrilia evanescant, et postea iterum Acidum Phosphoricum adhibeatur (bis vel quater de die 10-20 guttulae). Usus illius medicamenti per longum tempus continuari debet, et hujusce remedii usu solo nonnunquam curatio obtinuisse videtur. Aliis casibus simul praescribantur amara, ut et tonica v. c. Quassia, Trifolium, Gentiana, China, aliaque; etiam Ferri praeparata optime nunc agunt, si saltem congestiones nimiae eorum usum non vetent. Balnea salina vel marina hic simul adhibenda sunt, nec non balnea ferracea, praesertim Pyrmont, saltem in talibus casibus quibus ob congestiones ad caput pectusque non nocent. Praeterea contra varia symptomata quae nonnunquam oboriuntur, symptomatice agendum est (156).

### § 39.

Licet vero haec medicamenta à multis laudentur Medicis, nonnullisque casibus optime egisse videantur,

156) Cf. Busch, *Geschlechtsl. d. Weib.* Th. II. p. 515-19. § 266 et 267.

tamen fatendum est, alios etiam exstare casus quibus parum solummodo juvarunt. Talibus in casibus nisi in omnibus, variis indicationibus obedire debet Medicus; — ad quas in genere pertinere mihi videntur sequentes:

I<sup>a</sup>. est *Indicatio causalis*, quâ scilicet agamus contra causam remotam. — In permultis quidem casibus causa remota incognita est; sed si (uti aliquando fit) causae illius non ignarus est Medicus, si v. c. compertum habet morbum ortum fuisse vel ex causa venerea, vel ex scorbutica, vel ex scrophulosa, vel ex rheumatica cet., tunc semper laudandus erit usus vel antisiphiliticorum, vel antiscorbuticorum, vel antiscrophulosorum, vel antirheumaticorum aliorumve medicamentorum aptorum.

II<sup>a</sup>. est *Indicatio radicalis*, quâ agatur in causam proximam morbi. Quum, uti monui, causa proxima hic exstare videtur in irritatione ossium, productâ quâdam anormali saepe irritatione systematis generationis, talia remedia adhibenda erunt quorum usu ea irritatio diminuatur quem ad finem Narcotica, Antispasmodica, taliaque saepius indicata sunt remedia, dum simul ab omnibus iis, quae irritabilitatem totius corporis augeant abstineat aegrotata, et praesertim ab iis quae irritationem in systemate generationis producunt uti à coitu talibusque.

III<sup>a</sup>. Indicatio est ut ea, quae deprimant systematis nervi vires, amoveantur ut et etiam omnia, quae tanquam momenta nocentia agant. Aer, quem haurit aegrotata, purus et siccus esse debet, domum quam inhabitet, radiis solaribus (quibus duo afferuntur principes stimuli: calor et lumen) expositam esse oportet, motus si fieri possit, sub divo perficiantur, varia animi pathemata, uti angor, egestas, miseria aliaque removeantur.

IV<sup>a</sup>. Indicatio in eo consistere mihi videtur, ut contra varia symptomata quodammodo agamus, vehementissimos dolores diminuamus, debilitatis organorum digestionis ut et obstructionis signa, quae saepius in decursu morbi occurrunt, tollamus, quem in finem Roborantia, et Resolventia in usum vocari debent et inprimis extracta amara primum occupent locum. — Diaeta sit blanda et praesertim talibus utatur femina cibis, quales facile digerantur cet.

V<sup>a</sup>. Indicatio est ut, morbo feliciter sublato, femina de periculo graviditatis moneatur et cum viro non coeat. Ejusmodi indicationibus rite observatis, forsitan melius morbi curatio perficietur, quam variorum medicamentorum specificorum (uti dicuntur) farragine.

## SECTIO II.

### DE MUTATIONIBUS FIGURAE QUAS SUBEAT PELVIS EX OSTEOMALACIA.

#### § 1.

Quum morbus de quo primâ sectione egimus, primum semper ossa pelvis invadat, ita etiam mutationes quas subeant ossa eodem morbo, omnium primum et praesertim in pelvis ossibus in lucem prodeunt. Ossa ea nimirum vario modo premuntur, flectuntur atque curvantur; cavitas pelvis vario modo inde coarctatur atque mutatur; ita ut apud feminas, quae antea facillime ediderint proles per naturalem viam, saltem si morbus ad magnum pervenerit gradum, tantum arte instrumentisque quidem secantibus partus absolvi queat. Pelvis, pars quae totius ossei systematis maxime subire videtur mutationes 1)

---

1) hoc satis probatur plurimis observationibus viri Clar. Naegele et Otto descriptis in op. tit: *Das schräg Verengte Becken nebst einem Anhang über die wichtigsten Fehler des Weiblichen Beckens überhaupt*, Mainz, 1839, p. 59.

itaque etiam nostro morbo maxime mutatur, et peculiarem acquirit formam quam scriptores iuxta denominationem *osteomalaticam* dicere solent. Licet vero peculiaris illa difformatio non ab omni parte in omni pelvi eadem observetur, signa characteristicam quaedam tamen existant, e quibus in plurimis casibus facile et certe habere possumus Osteomalaciam causam ejus difformationis. Videamus itaque fusius de memoratâ illa peculiari difformatione.

## § 2.

### A. Mutationes quas subeant Ossa Ilium.

Quamquam mutationes illae in Arte Obstetricia non tanti sint momenti, quanti mutationes quae in pelvi minore obveniant habendae sunt, semper tamen peculiaris signa Osteomalaciâ producta quoque ossa Ilium ostendunt. Primo loco hîc in conspectum venit mutata ossium directio, quae nempe eo consistit, quod ossa magis ad perpendicularum locentur, atque se invicem appropinquantur. Ita diameter transversa pelvis majoris sponte et necessarius minor redditur. Haec mutatio variis in casibus vario gradu observatur, quae differentia et a vario ipsius Osteomalaciae gradu, et etiam à varia causarum actione producentium est repetenda. Non improbabilis videtur sententia eorum virorum, qui statuerint eam directionem summis Osteomalaciae gradibus plane perpendicularam fieri 2). Raro tamen quoad hanc directionis ossium mutationem, exceptiones quoque occurrunt, imo observati

2) Cf. Kilian, *Beytraege*. etc. p. 30. — Moser in *Encycl. Wörterb. d. Med. Wissensch.* Bd. XXVI. p. 163. — Busch, *Geschlechtsl. d. Weib.* Th. II. etc.



sunt casus, quibus eadem ossa directionem magis horizontalem ostenderunt 3).

Praeterea margines superiores ossium interiora versus flectuntur, ut et eorum pars superior: inde ossa magis excavantur, et canalis quaedam, sive potius sulcus oritur „in der Art,” uti inquit Clar. Naegele, „wie ein „zusammengeknicktes Stuck Pappe 4),” quem sulcum Clar. Kilian nominare proposuit *Sulcum iliacum* 5). Ille sulcus decurrit a superiore et exteriori ad inferiorem anterioremque partem, hoc est, fere in directione spinae anterioris superioris ossis Ilium versus Symphysin sacroiliacam, et eo profundior redditur, quo major sit difformationis gradus ossis 6). Secundum Clar. Kilian ille sulcus *semper* in uno alterove eorum ossium observaretur 7), qua in re tamen non consentit Clar. Busch, qui statuit, eum saepe deesse eumque pendere a protrusione ossis Sacri, ut et à coarctatione diametri transversae aperturae superioris pelvis minoris 8). Illius sulci forma optime imitatur, si v. c. pelvis arte emollita tali modo manuum ope comprehendatur, ut pollices inter spinas anteriores ossium Ilium superiores et inferiores, caete-

3) Cf. Busch, *Geschicht d. Weib.* p. 426. — Ejus *Lehrb. d. Geburtsk.* 4. Aufl. Berlin 1842 p. 271, § 599. — Moser, *l. c.* p. 165.

4) Cf. Naegele, *Das schräg verengte Becken.* etc. p. 94.

5) Cf. Ejus *l. c.* p. 30.

6) Cf. Maygrier, *Volledige Verzameling van Afbeeld. uit den geheelen omvang der Theor. en Pract. Verlosk.* etc. vertaald door Doct. S. J. Galama. Amst. 1838, p. 40. — Naegele, *Das schräg verengt. Becken* p. 93-94.

7) Cf. *Ejus. op. cit.* p. 30.

8) Busch, *Geschlechtsl. d. Weib.* Th. II, p. 426.

rique digiti ad superficiem posteriorem juxta tuberositatem eorundem ossium apponantur atque sic pelvis quodammodo comprimatur 9).

### § 3.

Ex sententia Viri Clar. Kilian praesertim in Ilium osse dextri lateris sulcus dictus observatur, imo *nunquam* eo latere deest, sed quidem sinistro 10), qua in re tamen plures non consentiunt, v. c. Clar. Busch, Doct. Moser aliique, qui omnes eum non primum sed secundarium signum difformationis habent, dum saepe plane deest 11). Nec etiam convenit illa sententia cum observationibus Clar. Naegele, qui statuit difformationem pelvis inprimis majore gradu occurrere in sinistra pelvis parte 12). Mihi autem maxime probabile, imo certum videtur, illum sulcum modo uno, modo altero latere majorem observari; descriptiones enim variarum pelvium me saltem tale quid docuerunt, qua in re itaque consentiam observationibus variis à Clar. Busch factis 13). Et praeterea etiam ex

---

9) Cf. Busch, *l. c.* — Kilian, *Beytraege*, p. 30.

10) Cf. Kilian, *l. c.* p. 30.

11) Cf. Busch, *Geschlechtsl. des Weib.* Th. II. p. 466, — Moser in *Encyclop. Wörterb. der Medic. Wissensch.* Bd. XXVI. p. 164.

12) Cf. Naegele, *Erfahrung. u. Abhandl. aus d. Gebiete der Krankh. des weibl. Geschlechtes.* Mannheim 1812, p. 436.

13) Ille vir Clar. hac de re sequentia monet: »Ich halte jedoch“ inquit »diese Missbildung im Allgemeinen nicht für constant, auch scheint in Bezug auf einer Seitenhälfte des Beckens kein bestimmter Gesetz obzuwalten, wie dieses die Vergleich-

causis quibus ille sulcus producitur, non video, quare nunquam deesset in dextro osse Ilium, quidem in sinistro. Porro hic attendendum videtur ad illud, Clar. Kilia ipsum suam sententiam quodammodo oppugnare; quum enim statuit eum sulcum fere semper majore gradu adesse in dextro osse Ilium atque in eo nunquam deesse, in alio loco scripsit de eo sulcu: „Nur kommt sie nicht immer auf *beiden* Seiten gleichförmig gebildet vor, und nicht selten sieht man sogar *an der einen oder der anderen Seite* kaum eine Spur derselben" 14), quod itaque tam de dextro quam de sinistro osse Ilium valet.

#### § 4.

##### B. *Mutationes ossis Sacri.*

Inter omnia ossa, os Sacrum ex Osteomalacia maxime difformatur: nam illius ossis magnitudo (tam quoad altitudinem, quam quoad latitudinem), curvatio et situs, ratione habitâ ad cetera ossa, valdequam mutantur, id quod non mirandum, si attendamus ad morbi primam, primitivam sedem, quam in osse Sacro esse non dubitamus.

Ossis Sacri aucta curvatio valde differt. Nonnunquam enim talem acquirit gradum, ut apex ossis Coccygis anteriora versus flectatur, atque in pelvim adscendat (cujus rei inter alia exemplum videas in pelvi à Clar. Sandifortio descripta 15), ita ut ad promontorium fere

»chung der Zahlreichen von mir untersuchten Osteomalacischen Becken beweist,“ Cf. Busch, *Ges. d. Weib.* p. 485.

14) Cf. *Ejus Beytraege* etc. p. 30.

15) Cf. *Museum-Anatomicum* desc. ab. Ed. Sandifort. Vol. I. p. 128.

apponetur. Adauctio curvaturae praesertim eo producitur, quod os Sacrum loco quodam conflatatur, et illa con- flexio imprimis locum habere solet in regione secundam vertebram spuriam inter et tertiam. Constat tamen ex variis observationibus dictum illum locum semper unum eundemque non esse. Rei hujusce causa secundum Clar. Kilian 16) sita est in emollitionis gradu, partim etiam in positione quam durante morbo aegrotata vulgo haberet, partim denique in sitûs mutatione ipsius ejus ossis. Nonnunquam conflexio ossis Sacri loco magis inferius sito observatur, rarissime illa obtinet supra illum locum, cujusque rei aliud exemplum mihi non est cognitum, quam illud quod affert Clar. Kilian, quo casu nempe conflexio in medio foramine superiore ossis Sacri observata est 17).

Exceptâ hac curvaturâ auctâ alia ossis Sacri mutatio semper observatur, nempe mutatio sitûs ossis, ratione habitâ ad cetera pelvis ossa: haec mutatio rite jam à Clar. Burns est descripta 18). Promontorium nempe profundius inter ossa Ilium descendit, atque simul in cavitatem pelvis protruditur, adeo ut ad ossa pubis accedat. Hujus rei memorabilia exempla offerunt: pelvis e gypso à Doct. de Fremerij commemorata 19) pel- vesque à Clar. Sandifortio 20), Vaughanio 21),

16) *Ejus Beytrage etc.* p. 35.

17) *Cf. l. c.* p. 35.

18) *Cf. J. Burns, the Principles of Midwiferij etc.* Ed. VI. p. 33 seq. — *J. Burns, Grundsätze der Geburtsk.* aus d. Engl. v. Kölpin. p. 37 seq.

19) *Cf. N. C. de Fremerij, Dissert. cit.* § XXXIX. p. 60 61.

20) *Cf. Museum Anatomicum Lugd. Bat.* Vol. I. p. 127.

21) *Cf. G. Vaughan, Case and observations on the hydro-*

Busch 22), Kilian 23), Stein 24) aliisque descriptae. Ad hujus mutationis gradum quodammodo definiendum Clar. Burns sequentia profert: in pelvi bene formata, linea quae transversâ directione per aperturam pelvis superiorem est ducta et promontorium attingit, transibit per Symphysin sacro-iliacam vel per punctum quoddam ad dimidium pollicis ante illam symphysin sitam; sed linea eadem in pelvi ex Osteomalacia difformatâ transibit per acetabula vel per punctum quoddam ante acetabula situm; — linea e media linea ileo-pectinea unius lateris ad idem punctum lateris oppositi ducta, in pelvi bene formatâ femineâ, pl. min- 1-1½ poll. ante promontorium decurrit, sed in pelvi ex Osteomalaciâ difformatâ per promontorium, imo etiam post illud transibit 25). — Mutatio ea in situ ossis Sacri fere semper difformatio est princeps et maxime constans inter varias pelvis affectiones per Osteomalaciam, et ex sententia viri Clar. Kilian, — qui ea inprimis snam fundaverit theoriam totius pelvis difformationis ex Osteomalacia, — semper

---

*phobia to which is annexed an account of the Cesar, Sect. etc. 1778. Lond.*

22) Cf. Busch, *Geburtshülfliche Abhandlung. etc. 1826 p. 246.*

23) In ea pelvi, a Clar. Kilian descriptâ, vertebrae cum osse Sacro ita descenderant, ut linea a media parte cristae ossis Ilium unius ad eam oppositi lateris ducta, per mediam partem transiret corporis secundae lumborum vertebrae, dum in normali pelvi haec linea fere semper per intervertebralem substantiam quartae quintaeque vertebrae lumborum transeat. — Cf. *l. c.* p. 52 et Tab. ann.

24) Cf. G. W. Stein, *Geschichte einer Kaisergeburt etc. Cassel 1783, pag. 28-30.*

25) Cf. J. Burns *Opus. cit. Ed. VI. p. 33 seq.*

eadem et arcta est ratio inter illud vitium et universales figurae mutationes quas subeat pelvis 26). Facile ea intrusio ossis sacri observari potest, si talem comparemus pelvim cum altera quadam pelvi normali, sique illarum superficies posteriores dorsales invicem apponamus et nunc solummodo ad primum foramen sacrale utriusque pelvis attendamus.

### § 5.

#### C. *Mutationes ossium Pubis.*

Peculiarem etiam difformationem subeunt ossa Pubis. Jam primo adspectu facile dignoscitur haec inquinatio; atque signum adeo characteristicum pelvis osteomalacicae praebet, ut à nemine negligeretur.

Rami pubis ossium horizontales nimirum distantia  $\frac{1}{2}$ -1 $\frac{1}{2}$  pollicum, imo rarioribus in casibus majore distantia à synchondrosi, — ut et etiam rami eorundem ossium descendentes, eo loco fere quo transeant in ramos adscendentes ossium Ischii, intropremuntur et flectuntur; symphysis pubis magis ad anteriora cogitur, ita ut eae partes osseae, quae inter symphysin et flexionis locum sitae sunt, magis paralleliter decurrant. Germani jure merito hanc difformitatem „der Schnabel” vocant. Gradus istius difformationis iterum valde differt; nonnunquam enim conflexio vix observatur, saepe tamen luculentius in adspectum venit, et nonnunquam ossa invicem apponuntur, ita ut parvam tantum inter se reliquerint rimam, cujus amplitudo vix urethrae capacitatem superet,

---

26) Cf. Kilian, *Beitrage* etc. p. 34.

quo facto itaque Catheterismus maximâ semper difficultate et summâ prudentiâ instituat, necesse est.

Secundum Clar. Kilian ad eam difformationem utriusque lateris, ossa aequalem semper afferunt partem: „Die Missbildung“ inquit, und Verunstaltung des Beckens „mag noch so gross und noch so ausgedehnt seyn, so „wird man doch stets bemerken, dass sowohl die rechte „wie die linke Beckenhälfte einen vollkommen *gleich* „grossen Theil zu der Bildung des eben besprochenen „Schnabels beitragen wird, so zwar, dass das Einknicken der Knochenparthien an der einen Seite beinahe „ganz genau an derselben Stelle geschieht, an welcher „es an der entgegengesetzten statt findet, und mithin „die beiden Hälften dieses Schnabels beinahe völlig „genau eine und dieselbe Grösse haben 27).“ Hac tamen re cum eo non conveniunt Clar. Busch 28), Doct. Moser 29) aliique, et ex mea opinione maximo quidem jure. Nam si solummodo ad varias attendamus observationes, inter quas tantum enumerabo duos casus a Doct. Winckel 30) observatos, casus à Clar. Nae-

27) Cf. Kilian, *Beytraege* etc. p. 38.

28) Clar. Busch, de ea difformacione sequentia monet: „Der Horizontalast und absteigende Ast der Schambeine werden „hierbei ungefähr einen Zoll weit vor der Schambeinverbindung „eingebogen, wobei die Verkrümmung auf der *jeinen* Seite oft „stärker ist als auf der *anderen*.“ Cf. *Geschlechtsl. d. Weib.* Th. II. p. 488.

29) Cf. *Encyclop. Wörterb. d. Wissensch.* Bd. XXVI, p. 164.

30) In casu priori quem descripsit Doct. Winckel, dextri, — in altero casu e contra sinistri lateris rami horizontales, ut et descendentes ossium magis erant intropressi. Cf. *Neue Zeitschrift*

gele 31), à Clar. Stein 32), à Doct. Meijer 33) descriptos, pelvin in opere Clar. Maygrier 34) delineatam, cet. satis haec viri Clarissimi sententia refutatur.

§ 6.

D. *Mutationes ossium Ischii.*

Ossa Ischii per Osteomalaciae processum summopere inter se accedentes cernuntur: diameter transversa exitûs pelvis valde itaque imminuitur. Haec coarctatio vulgo primaria est, quae in tota pelvi occurrat, ac nonnunquam talem contrahit gradum ut tubera Ischii ossium

---

für Geburtshülfe, edit. à D. W. H. Busch, d'Outrepont, v. Ritgen et v. Siebold. Berlin 1842, Bd. XII. Heft III, p. 374-378.

31) Cf. Naegele, *Erfahrung: u. Abhandlung: etc.* Manheim 1812, Tab. III en IV. — etiam, *Das schräg verengte Becken etc.* 1839. p. 97. Tab. XV.

32) Cf. Stein, *Geschichte einer Kaisergeb. in einer pract. Wahrnehm.* — Cassel 1783. p. 10 et Tab. allat. — Scriptor ille hac de re monet: »Die Schenkel der Schoosbeine (rami pubis) selbst machten, statt ihre Concavität, von der Symphysis aus »fortzusetzen, vielmehr eine Convexität in die Beckenhöhle herein, und zwar war die convexe Linie, welche der rechte Schenkel des Schoosbeines bildete, merklich stärker, als die Convexität des linken Schenkels der Schoosbeine" etc.

33) Cf. Van Siebold, *Journal für Geburtshülfe etc.* Bd. III. Stuck I. p. 227-300. Tab. II, fig. I-V.

34) Cf. Maygrier, *Vertoskundige Afbeeldingen.* Pl. X. fig. I.



revera sibi apponantur, partesque inter Symphysin pubis ossium et tubera ipsa sitae longitudinale foramen quoddam tantum relinquunt e quo urinae excretio locum habere potest 35). Nonnunquam ossa Ischii ut et vicina ossa talem adhuc habent flexibilitatem, ut digitorum ope facile à se removeri possint 36).

Pars posterior ossium Ischii vulgo valde est reflexa, eodem modo, quo eadem pars ossium Ilium eandem difformationem ostendat. Inde formam semicircularem Incisurarum ischiadicarum, tam majoris quam minoris mutari in formam anguli magis minusve acuti, facile elucet. 37)

---

35) Cf. C. C. Schmidt, *Encyclop. d. Gesamt. Medicin* Bd. I. Hälfte II. p. 455. — Busch, *Geschlechtsl. d. Weib.* 2ter Theil. p. 488.

36) Cf. Schmidt, *op. cit.* Bd. I. p. 456.

37) Cl. Praeceptor de la Faille in lectionibus Obstetriciis nobis retulit, se ter illum morbum, in nostra Patria feliciter saturarum, observasse. Primum et valde memorabilem casum ante 5 annos viderat, cum uxor cujusdam sutoris, habitans in pago *Rolde*, elevatissimo loco sanae, arenosae et siccae Provinciae Drenthinae, ejus auxilium imploraverat; gaudens ceterum conditione domestica et fortunarum satis fausta, diaeta et cibis nutrientibus fruens, in habitatione non humida, et hucdum sanitate fere illibata; licet in infantia videatur fuisse scrophulosa. — Sexies illa femina feliciter et facile ediderat prolem; ultima vice ante 9 menses; illoque infante duos menses nato, laborare inceperat doloribus arthriticis, et, uti putabat, continua lumbagine. Diaphoreticis usa fuerat, et venam secari ipsa jusserat, siue levamine: — brevi incessus sensim fiebat difficilior; et infrictiones cum Balsamo de

## § 7.

*E. Mutationes Acetabulorum.*

Ad mutationes, de quibus hîc est sermo, denique pertinent vitia acetabulorum. Haec enim interiora, supe-

---

Riga, et — suadente quodam Medico — cum linimento volatili pariter non juverant. Cl. de la Faille, eam tunc primum videns, valde debilitatam, difficulter incedentem, corpore parum inclinato ossibusque ilium mobilibus, febricula insuper laborantem, dignovit Osteomalaciam, lactationem vetavit, et cum diæta nutriente eupepta, suavitatem Subcarbonat. Ferri, ad dr. ii de die, et Olei Jecoris ter de die cochlear. — Rediens post 8 hebdomades, nullo fere modo amplius aegrâ incedere potuit; corpus valde erat incurvatum ad locum ultimae vertebrae lumbaris; insigniter debilitata, viribus vero digestionis integris gaudens. Omnia tunc criteria aderant graviditatis, et exploratione non solum haec se manifestabat, verum quoque coarctata pelvis apertura inferior, et solito minor distantia tuberum ossium ischium inter se. — Continuatus usus dictorum remediorum et simul Corticis Peruviani, cum diæta nutriente, usu carnis et cervisiae, adeo tamen illius conditionem emendaverant, ut, cum graviditas ad septimum mensem pervenisset, multo majore facilitate et comodo huc se conferre et incedere potuerit, mobilitas ossium ilium non amplius tam esset conspicua, ipsa multo hilarior, et melioris sanitatis probe conscia, optimâ spe nitens partum se expectare affirmaret, quem tamen difficilem certissime futurum, Cl. de la Faille augurabatur. — Etiam debito tempore dolores ad partum inceperunt; et postquam per triduum frustra expectaverat Obstetrix, tandem arcessitus vir Doct. Reilingh, summa difficultate Forcipis ope foetum quidem mortuum extraxit; sed intra  $\frac{1}{4}$  horae post partum misera femina jam animum efflavit; an forsân ex haemorrhagiâ uteri atonici exhausta, an alia ex causa, non patuit, cum sectio-

rora ut et quodammodo posteriora versus coguntur, atque inter se appropinquantur, quae mutatio, si aegrotam morbi ipsius vi vel effectu mortem non subeat, talem tandem acquireret gradum, ut acetabula in unum locum cum promontorio convenirent, aperturam pelvis deletam et totam pelvis transmutatam in tres aperturas vel rimas, uti recte scripsit Clar. Burns 37\*). Linea ab uno latere ad alterum per pelvis difformitatem ita ducta, ut promontorium attingat, ante acetabula decurret, dum in pelvis normali plus minusve transit per Symphysin sacro-iliacam, cujus differentiae causa quaerenda est et in majore protrusione promontorii et in retropressionione acetabulorum. Intropressionione ut et inprimis retropressionione, acetabulorum cavitates anteriora magis spectant.

---

nem Cadaveris, quae nunc adhuc in Drenthia fere nunquam conceditur, hoc quoque in memorabili casu cognati negaverint.

Ante duos annos Cl. de la Faille vidit prope hanc urbem feminam, Osteomalacia pelvis laborantem etiam post nonnullos partus felices, cuique in ultimo partu Doct. Tellegen adstiterat: — exploratio, quam pertaesam illa femina aegre admittebat, valde notabilem jam ossium ischium deformitatem manifestaverat; sed ulteriorem sanandi modum aegra tenaciter respuit.

Tandem in Hospitio pauperum hujus urbis nunc puella degit 19 circiter annorum, gravi jam Osteomalacia laborans; quae tamen debita curandi adhibita methodo incedere nunc incipit, postquam per plures menses crura fere movere non amplius potuerat. De hac verbum jam dixi ad pag. 44.

37\*) Cf. J. Burns, *op. cit.* p. 33.

## § 8.

Mutationibus itaque breviter indicatis, quae singula spectent ossa, quorum concursu cavitas pelvis componatur, restat ut illas mutationes contemplemur quas haec cavitas ipsa subeat. Facile enim intelligitur ex compressione ut et difformatione singulorum ossium, cavitatis pelvis formam ipsam summo gradu mutari. Mutationes ex Osteomalaciâ productae maxime eo consistunt, quod tota pelvis, si lateraliter spectetur, compressa appareat, ita ut pelvis aperturarum omnium diametri transversae summo gradu imminuantur. Mutationes conjugatarum valde differunt; quum enim conjugata aperturae pelvis superioris, protrusione ossis Sacri vulgo est imminuta, et saepius adhuc eo minor redditur, quod rami horizontales ossium pubis invicem apponantur (quo fit ut plurimis in casibus diameter ea non à Symphysi ossium pubis, sed potius ab eo loco sit metienda quo obtineat ramorum appositio), conjugata e contra aperturae secundae semper major redditur; rei causa in adaucta excavatione ossis Sacri sita est.

Diameter recta exitus pelvis iterum magis imminuta observatur, idque ex majore intropressionem partis inferioris ossis Sacri ut et ossis Coccygis. Sed maxima vulgo omnium est coarctatio diametri transversae exitus pelvis; nonnunquam enim plane deesse videtur.

Figurae aperturae pelvis minoris superioris in normali pelvi quodammodo cordiformis 38), in difformata pelvi

38) Cf. L. F. v. Froriep, *Theor. Pract. Handb. d. Geburtsh.*, etc. Ed. VI. Weimar 1818. § 37, p. 78. fig. 1.

triangularis est. A multis Germanis scriptoribus „Kar-  
 „tenherzähnlich” vocatur haec forma, quamque Clar.  
 Stein primus comparavit (et maximo cum jure) cum  
 figura pilei tricornis 39) unde etiam plures scripto-  
 res eam vocarunt „Huthform,” „Chapeau à trois cornes”  
 etc. Figura aperturæ pelvis mediae in naturali pelvi  
 elliptica 40), in difformatâ pelvi magis oblongatur, ita ut  
 magnitudo ejus axeos majoris augeatur, minoris vero  
 imminuatur. Etiam figura exitûs pelvis in difformatâ pelvi  
 maxime mutatur et à lateribus valde coarctatur. — Prae-  
 terea hic sunt enumerandae mutationes quas subeat linea  
 arcuata, quae scilicet suam arcuatam formam amittat et  
 conflexione ramorum horizontalium ossium Pubis in qua-  
 tuor quasi dividatur partes, quarum duae posteriores à  
 Symphysi sacro-iliaca ad inflexionis locum ramorum hori-  
 zontalium utriusque lateris decurrant, quarumque alterae  
 duae minores partes ab eo loco ad Synchronosia ossium  
 pubis se extendant.

Alterationes foraminis obturatorii in variis difformatis  
 pelvibus quodammodo differunt, et à variis mutationibus  
 ossium pendent quibus foramen constituatur; semper tamen  
 foramina illa ab utroque latere ad se accedunt, et quidem,  
 quod facile intelligitur, eadem ratione quâ ossa inter se  
 appropinquantur, quibus constituuntur. Sic figura mutari  
 solet, ut duo quasi distingui possint margines, quorum

39) Cf. G. W. Stein, *Geschichte einer Kaisergeburt*. Cassel  
 1783. p. 39.

40) Cf. L. F. v. Froriep, *Lehrb. d. Geburtsk.* p. 78. § 37.  
 fig. II.

posterior acetabulo proximus, anteriora versus, quorum alter os sacrum spectat 41).

Aliud signum isti difformationi pelvis proprium, est diminutio arcus pubis, qui vulgo in acutum angulum mutatur; imo nonnunquam arcus plane fere evanescit, rimâ tantum exiguâ inter eas partes osseas relictâ, per quam digitus vix et ne vix quidem introduci possit, id quod inter alios locum habuit in casu à Doct. Kottmann descripto 42).

Externo adspectu praeterea anteriorem pelvis partem observabimus elevatam, et exteriora versus coactam, dum pars pelvis posterior e contra semper est humilior ut et intropressa, quibus omnibus inclinatio pelvis vulgo est imminuta.

### § 9.

Ratio, quâ eae mutationes figurae pelvis sibi succedant, sequens mihi videtur: Primo ossis Sacri conjunctio cum Ilium ossibus relaxatur, ita ut quodammodo inter ea ossa descendat, et simul os ipsum emollitum magis curvatur: hae mutationes jam magno quodam gradu

---

41) Cf. Kilian, *Beytraege etc.* p. 39.

42) »Die absteigenden Schambeinaste" inquit Doct. Kottmann »vereinigten sich unter einem solchen spitzen Winkel, dass sie fast parallel verliefen, und in die dadurch gebildete schmale »Spalte auch nicht ein Finger durchgefuhrt werden konnte." Cf. *Journal für Geburtshülfe etc.* edit. a von Siebold, Bd. III. p. 305 seq.

adesse possunt absque aliorum ossium morbosâ affectione. Paulo post nunc etiam ossa Ischii emolliuntur ac comprimuntur, simul cum ramis horizontalibus et descendentibus ossium Pubis ad interiora premuntur, quibus fit ut symphysis pubis anteriora versus simul protrudatur atque rostellum formetur, et arcus pubis imminuatur, ita ut jam tota pelvis à lateribus suis quodammodo compressa ac coarctata cernatur.

Coarctatio pelvis variis itaque occurrit gradibus et tres distinxerunt gradus Obstetricatores; priore nempe gradu maxima coarctatio consistit in exitu pelvis, cujus nempe diameter transversa ad 3 pollices est imminuta, dum introitus diameter parum vulgo mutetur. In secundo gradu etiam introitus ut et aperturæ pelvis mediae diametri transversae minores redduntur, dum denique in tertio aut summo difformationis gradu rami horizontales ossium Pubis et ossium Ischii tubera cet. ita compressa sunt, ut inter se maxime appropinquentur aut imo se attingant 43).

#### § 10.

Licet omnia signa memorata pelvi ex Osteomalaciâ difformatae tantum sint propria et characteristicæ, ita ut ex iis pelvis e Rachitide difformata a pelvi de quâ nos agamus, facile satis vulgo distingui possit, tamen cogitandum est ex observatione nonnullorum illorum signo-

---

43) Cf. Busch. *Geschlechtsl. d. Weib.* 2ter Th. p. 490.

rum, neque imo ex omnibus simul sumtis semper concludi posse, difformacionis cujusdam causam fuisse Osteomalaciam. Nam primo „multiplex” recte inquit Doct. de Fremery 44) „docuit experientia, idem vitium, „eandem structuræ degenerationem in pelvi produci et „posse et solere à causis longe diversissimis,” ita ut non omnibus in casibus valent ea, quæ Clar. Busch de pelvi difformatâ scripserit, nempe: „Das rhachitische „Becken, in welchen Grade es auch beschränkt seyn „mag, behält *stets* seine eigenthümliche Form und „Eigenschaften, welche genau zu kennen durchaus nothwendig ist, weil man dadurch das Resultat der geburtshülfflichen Untersuchung vervollständigen kann. Jede „Erweichung der Beckenknochen durch irgend eine Ursache, in der Kindheit vor dem Eintritte der Pubertät, „wird übrigens *stets* die Form der Beckenbeschränkung „veranlassen, welche wir bei dem rhachitischen Becken „finden. — Das Osteomalacische Becken in jedem Grade „der Beschränkung behält *stets* seine eigenthümliche „Form, deren genaue Kenntniss die Bestimmung des „Grades der Enge des Beckens bei der geburtshülfflichen Untersuchung sehr erleichtert. Jede Erweichung „der Beckenknochen nach vollendeter Pubertät, durch „welche Ursachen sie auch bewirkt wird, z. B. Gicht, „Scorbut, u. s. w. bringt *stets* diese eigenthümliche „Form hervor, welcher die Rhachitische als vor der

---

41) Cf. N. C. de Fremery, *Diss. de Mutation. figuræ Pelvis* etc. p. 15.



„Pubertät in der Kindheit erworben, gegenübersteht 45).“  
 Haecce autem non de omnibus casibus valere verba,  
 maxime probatur e memorabili casu à Clar. Naegele  
 descripto, ubi pelvis difformatio valdequam conveniebat  
 cum forma pelvis ex Osteomalaciâ orta 46), licet vere

45) Cf. Busch, *Lehrbuch d. Geburtsk.* 4e Aufl 1842. § 592  
 et 598. pag. 268 et 271.

46) Casus ille legitur in opere Clar. Naegele tit. *Das  
 schrag verengte Becken* etc. p. 85-90. De pelvi ea difformata Clar.  
 sequenti modo narrat: »Sieht man von oben auf das Becken,  
 »welche Ansicht auf der Tafel XII. wiedergegeben ist und auf  
 »welcher A. die obere Verbindungsfläche am Körper des 3ten  
 »Lendenwirbels bezeichnet, so stellt der Beckeneingang die Form  
 »eines Karten-Herzes mit stumpfer Spitze dar, dessen oberer Theil  
 »oder Basis stark einwärts gebogen ist.

»Die ungenannten Beine sind auffallend klein und schmal und  
 »in dem Masse, wie die untern Gliedmassen, im Wachsthum zu-  
 »rückgeblieben. Die Hüftbeine erscheinen, wie durch einen Druck  
 »von hinten nach vorn zusammengepresst, und zeigen an ihrer  
 »innern Fläche eine, von oben nach unten und von aussen nach  
 »innen zulaufende Rinne oder Furche, ähnlich einem gebogenen  
 »oder vielmehr geknickten Stück Pappe. Sie sind, wie diess bei  
 »Rhachitischen die Regel ist, in grösserm Umfange und in höherm  
 »Grade durchscheinend, als diess beim normalgebildeten Knochen  
 »statt hat. Ueberhaupt zeigen die Knochen dieses Beckens nebst  
 »den 3 daran befindlichen Lendenwirbeln, sowie die übrigen  
 »Knochen vollkommen den dunnen, gracilen, schlanken Bau, der  
 »den rhachitischen Knochen eigen ist. Von der spina anterior  
 »inferior zum hintern Ende der linea innominata ossis ilium, an  
 »beiden Seiten, 2''. Vom tuber ischii zur erhabensten Stelle  
 »der crista oss. ilium an der rechten Seite 6'', an der linken 5''  
 »7''' (die Norm ist 7'' 5''') und vom tuber ischii zu der Stelle

judicare mihi videor, si non aliam causam illius difformationis assumam quam Rhachitidem. Nam in eo casu nul-

»der linea ilio-pectinea, wo der Körper des Schoossbeines an das  
 »Hüftbein grenzt, auf der rechten Seite 3'', auf der linken 2''  
 »11''' (die Norm 3'' 6'''). Der tuber des linken Sitzbeines steht  
 »etwas höher, als der des rechten, und der aufsteigende Ast  
 »jenes Sitzbeines ist stärker gebogen, als der des andern. Die  
 »Höhe der symphysis pubis 18'''.

»Das Kreuzbein ist sammt den Lendenwirbeln so tief herab-  
 »gedrängt, dass der obere Rand der symphysis pubis der Mitte des  
 »Körpers des vierten Lendenwirbels gegenübersteht. Eine Linie,  
 »an seiner innern Fläche von der Mitte des Promontorium's zu  
 »der Stelle gezogen, wo das 2te Kreuzwirbelbein mit dem 3ten  
 »sich verbindet, ist als gerade anzunehmen. Die Biegung des  
 »Kreuzbeines beginnt mit seinem 3ten Wirbel und ist so stark,  
 »dass die Entfernung des apex von der Stelle der Verbindung  
 »des 1sten mit dem 2ten Kreuzwirbel nur 15''' und vom Pro-  
 »montorium 1'' 9 $\frac{1}{2}$ ''' beträgt. An der obern Hälfte seiner innern  
 »Fläche ist es in der Mitte der Quere nach gewölbt.

»Von einer spina anterior superior ossis ilium zur andern ...  
 »8' 7'''.

»Eine zwischen diesen beiden Punkten gezogene gerade Linie  
 »schneidet den Körper des vorletzten Lendenwirbels 3''' tief unter  
 »seiner obern Verbindungsfläche

»Am Beckeneingange: vom Körper des rechten Schoossbeines  
 »zu dem mit ihm in einer Horizontalebene liegenden vordern  
 »Rande der untern Verbindungsfläche des vierten Lendenwir-  
 »bels . . . . . — 5'''.  
 »Dieselbe Distanz an der andern Seite . . . — 6 $\frac{1}{2}$ '''.  
 »Vom obern Rande der symphysis pubis zu dem mit ihm in einer  
 »Horizontalebene liegenden Körper des vorletzten Lendenwir-  
 »bels . . . . . 1'' 1'''.  
 »und die Entfernung der queren Aeste der Schoossbeine von

lum Osteomalaciae feminarum vestigium observatum fuit, quam ob rem non consentiendum esse mihi videtur cum Clar. Busch, qui eam difformationem tam à Rhachitide quam ab Osteomalaciâ ortam statuit 47). Etiam Clar. Naegele ipse non dubitare videtur, quin sola Rhachitis fuerit causa hujus difformationis 48). Nonne autem eo casu observata sunt: peculiaris ea compressio ossium Ilium, sulcus iliacus, descensus ossis Sacri inter Ilium ossa, ejusque aucta curvatio, intropressio porro ramorum horizontalium Pubis ossium, appropinquatio ossium Ischii, imminutio arcûs pubis, aliaque signa characteristica quae propria dicuntur pelvi difformatae ex nostro morbo?

Et revera plura insuper hac de re exstant exempla, quibus difformatio pelvis e rhachitica causa magis minusve convenire probatur cum difformatione ex Osteomalacia ortâ, cujusque rei Doct. Wallach plura afert documenta 49). Sic etiam in pelvi rhachiticae puellae à viro Cl. du Pui descriptâ, uti monuit Doct. de Fremery 50), diameter transversa valde imminuta erat; in

---

»einander, unweit der Gegend, wo dieselben aus dem Körper jedes Schoosbeines hervorgehen . . . . 1" 7"». «Am Beckenausgange: von einem tuber ischii zum andern 1" 5½"». »grösste Annäherung der aufsteigenden Aeste der Sitzbeine 1" 1"». »von wo aus dieselben sich etwas nach Aussen biegen." Cf. Naegele, *das schräg Verengt. Becken* etc. p. 89-90.

47) Cf. Busch, *Geschlechtsl. d. Weib.* Theil II.

48) Cf. Naegele, *das schräg Verengte Becken* etc. p. 94.

49) Cf. Wallach, *Questiones de Osteomalacia.* Cassellis 1836.

50) Cf. N. C. de Fremery, *Diss. cit.* p. 38.

casu à Doct. Lorinser 51) descripto transversa diameter exitus adaequabat  $1\frac{1}{2}$  poll., ita ut vix digitus per vaginam introduci posset, dum porro idem satis probatur casu Clar. Henne 52), sceletis à Clar. Stoltz observatis, casu Clar. Betschler, sceleto in collectione viri Clar. J. V. v. Krumbholz conservato 53), sceleto rhachitico à Clar. Sandifortio 54) descripto, cet. Et idem illud, quod hic valet de simili difformatione in pelvi rhachitica et osteomalacica, idem etiam valet ratione inversâ. Semper itaque attendendum est si legamus de pelvi difformatâ et coarctatâ ad verba Clar. Naegele uti ait: „Dass die Erkenntniss der Becken-Enge, ihrem Grade, sowie insbesondere auch ihrer Art nach, eine eben so schwierige, als in practischer Beziehung wichtige Sache sei wird kein erfahrener Geburtshelfer in Abrede stellen. — Eben so wichtig würde es für den Geburtshelfer seyn, den krankhaften Hergang, wodurch dieses Uebel erzeugt wird, ganz abgesehen von dem Interesse, welches die Kenntniss dieses Processes für ihn, als Pathologen hat, möglichst Schritt für Schritt zu verfolgen und das ganze Bild der Entstehungsweise vom Beginn bis zur höchsten Stufe tief seinem Gedächtnisse einzuprägen, wenn wir mit Sicherheit darauf rechnen dürften: dass die gleichnamige Krankheit immer dieselben Spuren zu-

51) Cf. *Journal für Geburtshülfe* etc. herausg. v. A. E. von Siebold. Bd. III. p. 106.

52) Cf. *id opus*. Bd. VII. p. 979-992.

53) Cf. Naegele, *das schräg verengt. Becken*. p. 95-96.

54) Cf. *Museum Anatom.* I. B. Vol. I & II. p. 129. No. 2.

„rücklasse, dasselbe Gepräg immer dem Becken aufdrücke  
 „und es nicht wage, sich aus dem Geleise zu entfernen,  
 „in welchem sie als einer unabänderlichen Bahn nach  
 „den Vorschriften der Schule sich bewegen soll. Leider  
 „ist diess aber nicht der Fall, leider scheinen der Natur  
 „die Grenzen, wodurch man sie von der ihr so eigen-  
 „thümlichen Manchfaltigkeit abgeschnitten zu haben  
 „wähnte, nicht geräumig genug; sie überschreitet die-  
 „selben und kümmert sich nicht um unsere Becken-  
 „Classification. Durch diese Unart der Natur werden  
 „begrifflicher Weise Irrthümer und Fehlschlüsse unver-  
 „meidlich, wenn man Selbstvertrauen genug oder hin-  
 „länglich Respect vor der alten Lehre besitzt, um aus  
 „*Unbekannten Factoren ein bekanntes Pro-*  
 „*duct* herleiten zu wollen. — Und das erküht man  
 „sich doch eigentlich, wenn man die Vorstellung, welche  
 „die Beschreibungen so mancher Lehrbücher uns z. B.  
 „von den Veränderungen geben, welche durch Rhachitis  
 „die Becken erfahren, für ein Evangelium hält, zuver-  
 „sichtlich desshalb zur Untersuchung schreitet, und was  
 „entweder nur unter grosser Schwierigkeit oder gar  
 „nicht zu erforschen ist, durch die Phantasie nach jenem  
 „Schema erzetzt und ausschmückt 55).

### § 11.

Diagnosis difformitatis osteomalacicae pelvis non  
 valde difficilis est, saltem si majore gradu adsit morbus;  
 difficillima tamen, si minore gradu exstet; et difficilior

---

55) Cf. Naegele, *das schräg; verengte Becken*. p. 91.

in genere ex sententia Clar. Busch 56) quam diagnosis pelvis difformatae e Rhachitide.

Quoad difformitatis osteomalacicae effectum in graviditatis negotium et decursum, constare mihi videtur illud, quod saepe imo semper fere uterus externus, qui ob pelvis coarctationem non in ejus cavitatem recipi possit, super Pubis ossa valde procliveat, uti inter alios maxime patet e casibus a Kottmannio 57), Meijer 58), Schenk 59), Stein 60), Busch 61), Winkel 62) aliisque descriptis.

56) Cf. Busch, *Geburtsh. Abhandl.* etc. 1826. p. 175.

57) Cf. v. Siebold, *Journal für Geburtshülfe* etc. Bd. III St. II. p. 306.

58) Cf. *id. op.* Bd. III, p. 227.

59) Doct. Schenk inprimis ad illud phaenomenon attendit: »Ist nemlich“ inquit »der Beckeneingang in dem Grade missbildet und verengt, dass er den entleerten Gebärmutter die Aufnahme verweigert, so wird die hochschwängere noch viel weniger einen Stützpunkt am Schambogen finden, sie wird daher in der Regel nach vorn überhangen oder einen Hängebauch formiren. — So lange die Heupelin ein wohlgestaltetes Becken hatte, hatte sie in 5 Schwangerschaften nichts mit Hängebauch zu thun. Dieser stellte sich erst in der letzten Schwangerschaft, nachdem das Becken gelitten, in höherm Grade ein.“ Cf. von Siebold's *Journal* etc. Bd. V. p. 564 et Bd. VI. p. 377 Tab. II et III.

60) »Ich fand“ inquit Clar. Stein hac de re »sie noch bey guten Kräften, aber mit einem, des gänzlichen Abganges des Wasser ungeachtet, noch ziemlich starken und beträchtlich überhängenden Leibe, massen die Bauchhaut, unten oberhalb den Schoosbeinen, eine sehr tiefe und breite Falte schlug. (Die Gebärende sagte: Sie hatte seit ihren letztern schweren und unglücklichen Wochen einen etwas starken Leib behalten, und ihn seit der Zeit

Effectus denique in ipsum partum differt pro vario coarctationis gradu. Artis auxilium pro vario gradu itaque varium quoque esse debet 63). Maximo gradu si exstet pelvis coarctatio sive infans vivat, sive mortuus habeatur, Sectio caesarea simul est indicata ejusque operationis vero prognosis hic praesertim est infaustissima, siquidem morbus ipse vulgo non evanescat et femina igitur omni spe boni eventûs deprivata sit 64). Nonnulli Medici, inter quos Weidmann, rogarunt, num forsantali in casu, quo ossa pelvis sub partu adhuc in emollita versarentur conditione, versione foetûs in pedes ejusque extractione vel aliâ mechanicâ ratione, num eo modo forsantali apertura pelvis coarctata magis minusve dilatari posset? Hoc certe non incongruus foret, si antea Medico liceret fragi-

---

immer so überhangend mit einer Hautfalte getragen.“) Cf. G. W. Stein, *Geschichte einer Kaisergeburt*, etc. Cassel 1783. p. 9.

61) In casu feminae Sophiae Grater describendo, Clar. Busch hac de re ita monet: »Die aussere Untersuchung liess den Uterus ganz über das von beiden Seiten, besonders in den Schoos- und Darmbeinen, zusammengedruckte Becken, erhoben erscheinen, während er nach vorn und links so überhing, dass der Bauch auf dem linken Oberschenkel fest auflag, und dort die Epidermis in der Grösse eines Achtgroschenstückes abgezschneuert, und die Haut oberflächlich gangranescirt hatte. Cf. Busch, *Geburtsh. Abhandl.*, etc. 1826. p. 216.

62) Cf. *Neue Zeitschrift der Geburtsh.* herausg. von Busch, — d'Outrepoint, — von Ritgen, — und von Siebold. Bd. XII. Heft III. p. 331.

63) Cf. Busch, *Lehrb. d. Geburtsh.* 4e Aufl. 1842. § 108-612. p. 275.

64) Cf. Busch, *Geburtshüfl. Abhandl.*, etc. 1826. p. 205 — et etiam Ejus *Lehrb. d. Geburtsh.* p. 519 § 1027 C.

litatis gradum ossium rite definire. Forsan autem casibus Osteomalaciae cereae indicatum est ejusmodi costilium si sententia Clar. Kilian, ea morbi formâ nonnisi post vehementissimum impetum oriri ossium fracturas certa pronunciari posset, quâ tamen re non consentiendum esse cum eo viro Clar. vidimus. Attamen quum semper periculum obstat fracturarum ossium pelvis, ad quod recte attendit Clar. Busch 65) et praeterea etiam foetus, versione ut et extractione tali in casu moriretur, illud propositum pugnat contra omnes regulas obstetricias, licet etiam rariores exstent casus, quibus Natura talem mechanicam dilatationem sub partu effecisse videatur, uti descripserunt Hoffmeister 66), Noury 67), cet.

### § 12.

Nonnulli Medici peculiarem formam quam acquirit pelvis in Osteomalacia, a morbo ipso derivarunt, quae tamen sententia non tantum nimis hypothetica videtur, sed praeterea cum veritate non convenit. Nam uti jam vidimus, pelvis mutationes quoad formam non semper sunt eadem, et morbus nonnunquam magno gradu saevit, dum tamen parum mutata fuit pelvis, uti inter alios Ludwigii casus probat.

Primariam causam ejus mutationis censeo gravitatem corporis. Constat enim superiorem partem totius corporis stante homine sustineri à capitibus Femoris ossium. Sup-

65) Cf. *id. op.* § 592. p. 268 et § 598 p. 271.

66) Cf. Rust, *Magazin d. Gesammt. Heilk.* Bd. XIX. Hft. III.

67) Cf. *Gazette Medic. de Paris.* 1831. No. XXXII.



ponamus itaque ossa pelvis esse emollita eorumque conjunctiones relaxatas, exinde eadem ossa comprimi atque introrsum ut et quodammodo superne cedere, sponte elucet.

Haec intropressio imprimis in Synostosi pubo iliaca et pubo ischiadica locum habebit, partim ob majorem tenuitatem, partim ob relaxationem earum partium. ita ut forma aperturae pelvis superioris magis in triangularem mutetur. Uti vero tota superior corporis pars a Femoris ossium capitibus sustinetur, sic etiam tota columna vertebrarum cum capite superioribusque partibus in osse Sacro suae gravitatis vim exercet. Quum autem columna vertebrarum variis modis curvatur, et quidem ita ut curvatura quam facit cum osse Sacro externe sit concava, interne convexa, exinde sequitur, ossibus pelvis emollitis, sacrum os ad interiora et inferiora cedere debere.

Clar. Kilian eam causam non tam magni esse statuit, et ille vir imprimis intrusionem et protrusionem ossis Sacri in pelvis cavitatem maximam causam totius pelvis difformationis habet. Argumenta quae hanc in rem affert, praesertim sunt sequentia:

I. Nonnullis in casibus, quibus feminae jam initio morbi et per plures annos lecto affixae fuissent, (ubi igitur de laterali compressione Femoris ossium capitibus non cogitandum sit) pelvis tamen difformatio eodem gradu observata est. — Sed nonne, quaeso, permultis imo plurimis in casibus cogitandum est, difformacionem ortam jam fuisse antequam femina lectum tenere debuisset? Inter perplures quos enumeravimus casus, ad eum attendamus feminae Sophiae Gräter, cujus vertebrae dorsi jam magno emollitionis gradu versabantur dum femina tamen

adhuc cedere et stare posset 68), certe concludendum inde est, feminas incedere et stare posse, licet pelvis ossa omnino sint emollita. — Nonne praeterea maxime probabile imo certum est, talibus in casibus quibus feminae per plures annos nec stare nec incedere potuissent, tamen durante eo tempore id quidem perfici conantur fulcimentorum aliorumve auxiliorum ope? nonne certum est, quod si solummodo per minimum temporis spatium id fiat ossa pelvis valde emollita mox intropremerentur? Et quo modo tuberum ossium Ischii intropressio cet. explicaremus, nisi haec ossa, dum femina adhuc incederet intropressa credamus? — Ut brevis sim eo argumento certe aliquid afferri quod pugnat contra pressionem capitum ossium Femoris quam causam lateralis pelvis coarctationis mihi non videtur.

II. Alterum argumentum quod affert Clar. Kilian est illud, quod rami ossium Pubis utriusque lateris eodem modo eodemque gradu intropressi sunt adeoque eandem partem aequalem rostellae efficiunt. — Hoc tamen argumentum variis observationibus oppugnare jam antea vidimus 69).

III. Aliud denique argumentum quod Clar. Kilian affert, est quod acetabula semper in recta directione atque in eodem plano ad eandem altitudinem sita sunt, id quod non ita esset si pressio ossium Femoris fuerit causa illorum mutationum, quum constat in stante homine corpus magis in uno quam in altero osse premere. — Etiam si haec obser-

68) Cf. Busch, *Geburtsh. Abhandl.* 1826. p. 214 seq.

69) Cf. ea quae leguntur de ea difformatione Sect. II, § 5, p. 35 37.

vatio verum sit et si hoc quidem contra lateralem pressionem capitum quam causam pelvis difformationis afferri posset, tamen eodem cum jure hoc argumentum valet contra pressionem ossis Sacri. Perplures enim sunt observationes quibus os Sacrum non perpendiculariter intrusum est inter ossa Ilium, quibus tamen Acetabulorum mutationes easdem observavimus.

Praeterea contra sententiam Clar. Kilian sequentia opponenda mihi videntur argumenta:

1°. Os Sacrum maxime omnium pelvis ossium est emollitum, quod Clar. Kilian ipse testatur: ita ut illius ossis pressione ossa duriora loco mutari nequeant.

2°. Ossis Sacri latitudo valdequam est imminuta, et etiam in naturali statu basis illius ossis non tam lata esse mihi videtur, ut ab ea talis difformitas totius pelvis produci posset.

3°. Conjunctio inter os Sacrum et Ilium ossa valdequam est relaxata unde effectus intrusionis ossis Sacri in difformacionem anterioris pelvis partis valdequam diminuitur, ad quod recte etiam attenderunt Clar. Busch 70) et Doct. Moser 71).

4°. Ratio directa inter intrusionem ossis Sacri et difformacionem totius pelvis non semper exstat.

5°. Directione quâ os Sacrum in cetera ossa premit difformatio anterioris pelvis partis non produci posset. Circulare enim quoddam corpus nunquam formam triangularem recuperare potest, cujus latera ad interiora versus fere semper sunt convexa, nisi pressione ex tribus saltem punctis, cet.

70) Cf. Busch, *Geschlechtsl. d. Weib.* Th. II. p. 486.

71) Cf. *Encycl. Wörterb. d. Med. Wissensch.* Bd. XXVI. p. 186.

Licet itaque non negandum mihi videtur, intrusionem ossis Sacri aliquid conferre, ad totius pelvis difformitatem, eam tamen non tanti habeo, quanti habetur a Clar. Kilian.

Doct. Moser aliud argumentum insuper affert contra capitum ossium Femoris pressionem, consideratam tamquam causam hujus lateralis compressionis pelvis, nempe illud, quod in rhachiticis infantibus, qui jam stare et incedere possunt (adeoque pressioni ossium Femorum in pelvis ossa emollita expositi sunt) nunquam tamen compressio lateralis pelvis ossium observatur, sed e contra eadem forma pelvis producitur ac apud eos qui nondum incedere nec stare possunt 72). Licet verum quidem sit, talibus in casibus quibus infantes rhachitici incedere jam possunt, nihilominus tamen pelvim eandem habere formam, (transversâ auctâ), hoc argumento autem non probatur, pressionem Femorum ossium in difformandam pelvim ex Osteomalaciâ emollitam, inefficacem esse. Nam primo attendendum est in Rhachitide semper prius extremitatum ossa inferiorum emolliri quam ossa pelvis 73) ita ut saepe jam ante emollitionem ossium pelvis, ingressus cohibeatur ab emollitione Femorum ossium. Accedit quod in juniori aetate multa adhuc superest cartilago in pelvi et quidem praesertim in acetabuli fundo, quae cartilago non mutatur à morbis, quibus ossa afficiuntur, saltem in longe minore gradu et lentius, quod itaque etiam de morbo rhachitico valet cujus morbi causa in cartilagine fere iners est. Cartilagine itaque se naturaliter habente et plusquam ossa emollita in illa aetate resistente, corporis

72) Cf. *Encyc. Wörterb. d. Med. Wissensch.* Bd. XXVI. p. 179.

73) Cf. Busch, *Geburtsh. Abhandlung.* 1826. p. 252.

gravitas quoad acetabulorum intropressionem minorem sortietur effectum, adeoque ut transversae diametri superioris coarctatio nulla sit. Accedit porro quod etiam musculorum conditio hoc in morbo talis est, ut extremitates inferiores motus difficulter perficiant, aut plane non perficere possint, quâ in re nova hic reperitur causa, quare hoc in morbo transversae diametri minus coarctatae observentur 74).

Praeter enumeratas causas difformationis pelvis, hic alia formam pelvis continuo nitens causa, nempe musculorum actio in conspectum venit. Licet quidem haec causa non tanti sit habenda, quanti primâ fronte quidem videretur, nonnullorum tamen musculorum actio certe non absque omni vi censenda est, quod imprimis valet de musculis abdominalibus, quorum contractionibus totus truncus curvatur, pelvis anterior pars elevatur, ejusque cavitas magis horizontalis redditur itaque ejus inclinatio imminuitur.

Etiam muscoli interni iliaci non absque omni vi videntur esse in producendum et adaugendum sulcum iliacum. Si solummodo attendatur ad peculiarem antroversionem trunci feminarum, magno gradu morbo affectarum, ad flexionem extremitatum inferiorum, quae signa semper durante morbi decursu observentur, exinde jam concludere possumus, inter omnes in tali conditione actuosi esse musculos iliacos, internos. Praeterea aliorum musculorum varia actio, varii motus, varius corporis habitus, cet. nonnunquam non absque vi esse posse in mutandam pelvis figuram, facile elucet.

#### T A N T U M.

74) Cf. de omnibus iis: N. C. de Framerij, *Diss. cit.* p. 45-47.

# THESES.

## I.

*Inter cerebellum et organa genitalia aliquam rationem existere, maxime probabile quidem mihi videtur, licet nondum contigerit, illum rationem accuratius indicare.*

## II.

*Recte Cl. J. Muller: »Dass die Electriche Kraft von den Innervation ganz verschieden ist.»  
Handb. d. Phys. d. Menschen. Bd. I. p. 648.*

## III.

*»Motus cordis in primis quidem regitur is nervis, quos à nervo sympathico cor accipit, verum tamen extra potestatem nec cerebri est, nec medullae spinalis.»*

*Sebastian, El. Phys. spec. corp. hum. § 195.*

## IV.

*Probabilior mihi videtur sententia eorum, qui nervum glossopharyngeum gustui inservire existiment, quam eorum, qui idem illud statuerint de ramo linguali nervi trigemini.*

## V.

*»Man heile niemals nach den Namen der Krankheit, sondern nach Indicationen.»*

Richter.

## VI.

*Asthmatis Koppii causam saepissime in abnormali magnitudine glandulae Thymi positam esse, non negandum mihi videtur.*

## VII.

*Non consentio cum iis qui Tussin convulsivam ad morbos inflammatorios pertinere dixerint.*

## VIII.

*Licet magna quidem similitudo constet inter Asthma Millari et Anginam membranaceam, eos morbos tamen non identicos esse statuo.*

## IX.

*Calomel est efficax remedium in Angina membranacea et nunquam fere contraindicatum, nisi in magno Scrophulosis gradu.*

## X.

*Potius consentirem cum iis, qui Noma ad ulcera gangraenosa referant, quam cum iis (Hesse, Klaatsch aliisque) qui eum morbum ad Malacoses pertinere statuunt.*

## XI.

*Symptomata Anginae pectoris saepe prodire videntur e morbis organicis cordis, majorumque vasorum sanguiferorum. Si talia vitia organica adsint, morbus diu jam duraverit, si paroxysmi citius redeant et aegrotus aetatem jam habeat satis provectam, — semper prognosin valde infaustam statuo.*

## XII.

*Non meam facio sententiam Hunteri, Frankii aliorumque, qui statuunt: Osteomalaciam universalem feminarum esse morbum cum Rhachitide identicum.*

## XIII.

*Non consentio cum iis, qui, si pelvis cavitas valde est coarctata ejusque ossa sunt emollita. partum absolvere proposuerint versione foetus in pedes ejusque extractione.*



## XIV.

*Sunt qui statuunt, si Sectio caesarea ob pelvis coarctationem indicata quidem esset, sed propter morbos matris v. c. enteritidem, aliamve inflammationem, sive ascitidem, vel tussin vehementem cet. fieri non possit, Synchondrotomiam nunc multo minore vitae discrimine institui posse; (Salomon, Ritgen aliique;) — nunquam tamen in talibus casibus eam operationem indicatam esse statuo.*

## XV.

*Causam proximam rupturae uteri saepius in constrictione uteri spasmodicâ sitam esse mihi valde probabile videtur.*

## XVI.

*Injectiones irritantes, inductio dilatatorum in urethra taliaque non semper convenire mihi videntur ad curandam Orchitidem, quae vulgo Blennorrhoeam urethrae comitatur.*

AAN MIJNEN BROEDER

A. H. S W A A G M A N

BIJ ZIJNE

PROMOTIE.

Heil, mijn Broeder! 't uur is dáár,  
Dat den Doctorgraad U geeft;  
D'eerkroon U verwerven doet  
In het vak, waarvoor gij leeft.  
Heil, mijn Broeder! 't uur breekt aan,  
Dat U eene nieuwe baan,  
Blij te moé, zal in doen gaan.

Weet nogtans, dat ook voor U  
Elke roos haar' doornen heeft!  
Wat betrekking toch of stand,  
(Zeg mij), die geen moeiten geeft?  
Wis! wat werk m' op aarde doet,  
't Heeft zijn zuur, en 't heeft zijn zoet,  
't Heeft zijn suiker en zijn roet.

Ook het uwe is geenszins vrij  
Van onaangenaam bezwaar;  
Wanbetaling, schraal' practijk,  
Rustverstoring, smetgevaar,  
Afgunst, laster is 't en nijd,  
Menig onverdiend verwijt,  
Waar ge aan onderhevig zijt.

Grievend is 't vooral, wanneer  
(Als gij gaarne helpen *wilt*,  
Maar helaas! niet helpen *kunt*,)  
't Onverstand U nog bedilt,  
Kind of broeder, man of vrouw,  
Razende van smart en rouw,  
U wel haast vervloeken zou.

Maar, o neen! niet meer daarvan;  
Nu ook iets van 't rein genot  
Dat uw' ed'le werkring biedt;  
Als gij *hier* 't ellendigst lot  
Met Gods hulp verzachten moogt,  
*Daár* een stroom van tranen droogt,  
*Ginds* den dood te dooden poogt.

Smaak het heil dat weldoen schenkt,  
Smaak het steeds in groote maat;  
Denk, dat gij (zoowel als ik,)  
In de dienst van Jezus staat;

—

Jezus, die zoo graag genas,  
Ook wanneer 't een zondaar was  
In wiens oog Hij lijden las.

En vroeg Jezus 't hart van elk  
Door *Hem* van den dood gered,  
O! dat ieder, dien *gij* helpt,  
Ook zijn hart op Jezus zett';  
Maar... daar stuift mijn dichtvonk heen!  
Zegen, Broeder! op uw' schreên,  
Blijven wij als Broeders één!

Oudwoude 1843.

**T. SWAAGMAN.**

V. D. M.

**AAN MIJNEN VRIEND**  
**A. H. S W A A G M A N**  
**BIJ ZIJNE BEVORDERING TOT**  
**MEDICINAE DOCTOR.**

---

Vriend! schoon ver van U gescheiden,  
Doet uw' vreugde ook mij verblijden  
Op dezen langgewenschten dag,  
Die U voor 't eerst als Doctor zag;  
Met blijde harten deelen wij  
Uw feestvreugd, ja geloof het vrij!

Laat Uw hart van blijdschap gloeijen,  
Nu Gij zooveel vreugd' ziet bloeijen!  
Geniet, hetgeen U meest bekoort,  
Doch zóó dat niets uw' vreugd' verstoort.  
Pluk dan de bloem, daar zij nog bloeit;  
Schep vreugde, uit zuivre bron gevloeid!

Menschenliefde en medelijden

Mogen immer U geleiden,

Dáár, waar de onschuld troost' loos weent,

Worde door U hulp verleend,

Lenig der bedrukten nood,

En vernietig ziekte en dood.

Vriend! gehoorzaam steeds hun klagen,

Wil nooit, waar gij hulp biedt vragen:

„Wat trek ik voor mijn dienstbetoon?”

Geenzins naar eenig aardsche loon

Vraagt immer zuiv're menschenmin,

Ze is vrij van zucht naar vuil gewin.

De Hemel zegene uw streven,

Niet slechts voor U alleen te leven,

Maar anderen ter hulp gesneld;

Ook in 't geluk, dat hen verzelt,

U als in 't uwe te verblijn,

En zóó een *menschenvriend* te zijn.

Wil zóó streven, voorwaarts streven;

Wijd den broed'ren heel uw leven;

Denk, hoe 't om U heen ook stormt,

De Hemelvader, die ons vormt

Tot hoogere volkomenheid,

Loont 's menschen vriends barmhartigheid.

Dan klinkt U eens, van 't werken moé,  
Der dankb're vrienden stem nog toe:  
„Heil U! gij zijt op 's levensbaan  
„Als heerlijk voorbeeld voorgegaan;  
„Ontvang dan nu, voor 's Hoogsten troon,  
„Ook voor uw edel werk het loon!”

Ga, zóó der toekomst meedig tegen,  
Ken steeds den Heer in al uw' wegen,  
Dan ziet ge om 't hoofd eens lauw'ren winden,  
Die tijd noch eeuwigheid verslinden,  
Dan ziet ge aan 't eind' voor U bereid  
De kroone der menschlievendheid.

*Lutjebroek 1843.*

**J. L. ADRIANI.**

V. D. M.

ERRATUM

Pag 42. *leguntur verba* : quae morbo inter breve temporis spatium ediderint infantes, eo multos corripantur;  
*legantur* : quae multos inter breve temporis spatium ediderint infantes, eo morbo corripantur;